

26

CARMINA QVAEDAM APOSTOLICA
QVIBVS
EVIDENTISSIME DEMONSTRATVR
SERVATOREM NOSTRVM
I E S V M C H R I S T V M
ESSE
VERVM DEVVM ET VERVM HOMINEM
DISSERTATIO PRIMA.

PRAESIDE
D. IOANNE SALOMONE SEMLERO,
ORDINIS THEOL. SENIORE
SEMINARI REGII THEOLOGICI DIRECTORE
ALVMNORVM REGIORVM ET HALBERSTADIENSIVM EPHORO,
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI SVBIICET
D. XII. MAII CICIDCCCLXXII. *aa.*

IOANNES SAMVEL KLEIN
BARTFA VNGARVS
S. S. THEOLOG. ET ELEGANTIORVM LL. CVLTOR, UT ET MEMBRVM ORDINARIVM
SOCIETATIS, ORATORIO—LITTERARIAE RINTELENSIS.

HALAE MAGDEBURGICAE
TYPIS IOANNIS CHRISTIANI HENDEL.

CARMINA GAVEDVM APOSTOLICA

641648

EVIDENTISSIME DEMONSTRATA

SERVATORVM NOSTRVM

IESAM CHRISTVM

VERA MIRACULUM HOMINUM

1710

D IOANNI SALomonie SEMPERIO

OPUSQ[UE] TITUL[UM] ET IN P[RE]L[AT]U

ALIAS EPISTOLA AD CORINTHOS ET ALIAS AD

COLONIAS ET ALIAS AD ROMANOS ET ALIAS AD

THESSALIAS ET ALIAS AD CORINTHOS ET ALIAS

AD

AD PHILEMONI ET ALIAS AD PHILEM[ON]

JOANNES SAMIAE KLEIN

ET PETRI VINCEN[TO] RIBOLAS

SPICILEGIOS MURKINIS ET ALIAS AD TITUS ET ALIAS AD PHILEM[ON]

ET ALIAS AD PHILEM[ON] ET ALIAS AD TITUS ET ALIAS AD

HABAE MOPD[ER]A ET ALIAS

ALIAS AD TITUS ET ALIAS AD PHILEM[ON] ET ALIAS AD



§. I.

Post tot secula, inde ab eo tempore elapsa, quo deus maximorum et dignissimorum consiliorum omnem quasi-fructum in humanum genus benignissime effudit, misso tandem illo filio aeterno atque unigenito, communis iam omniibus hominibus felicitatis auctore et sponte: nos praecipue tanti temporis vberimos fructus sapientissime atque certissime colligere, maxime conuenit. Est enim frugifera et saluberrima illa obseruatio, qua ex tot seculis, atque tam multis, tam variis christianaे doctrinae adiumentis, formulisque scriptorum repertis, et decretis proditis, nos praecipue colligimus, quae nobis hodie sunt ad omnem rem christianaē facillime promouendam maxime utilia. Patimur et ferimus, aequo atque liberali animo, non fuisse omnium illorum, qui ad ornandam hanc publicae doctrinae prouinciam, admoti fuerunt, aequalia merita; imitabimur bonam et castam mentem illorum, qui christianaē rei profectum, deique, quem Iesu Christus longe accuratius informauit, dignissimum honorem et salubrem usum, emendanda atque augenda hominum cognitione et consuetudine sacra, promotum iuerunt. Hic non ignoramus, nisi imperitis sumus, multos ex scriptoribus etiam antiquioribus, qui christianismi fundamenta et ipsam Iesu Christi prouinciam ad alias commendabant, longo interuallo relinqui ab aliis, quibus, praeter eiusdem bonaē et christianaē mentis illa decora, etiam paeclarām peritiam atque eximiam in intelligendo et docendo facultatem tri-

A

bui-



buimus; quorum proinde etiam ad nos maior atque magis iusfa esse auctoritas debet, quam istorum aliorum, qui sunt inferiores. Fuerint igitur scriptores multi, qui magis industriam suam probauerint, quam illam praecularam facultatem, qua doctoris ad discipulos maxime spectatur auctoritas; dederint illi quidam, Iustinus, Tatianus, aliisque, suis lectoribus nimiam operam; sequamur et nos illam ecclesiae catholicae auctoritatem, quae sine inuidia atque malignitate bonam mentem in aliis quidem amauit, sed optimorum scriptorum illam facultatem auctoritatemque luculenter praetulit, atque praestantiora beneficia minoribus adiumentis impediri noluit. Hoc ingenio liberali semper esse licuit meritissimis atque eruditissimis doctoribus, quos venerando *Patrum* nomine minorum atque humiliorum, qui tempore sequebantur, reuerentia affecit; *Hilarius*, *Hieronymus*, *Ambrosius*, *Augustinus*, *Basilis*, *Chrysostomus*, *Theodoreti* etc. quorum eximia in rem publicam dogmaticam merita boni omnes hodieque iusto in honore habent. Maxima atque indefessa diligentia superiorum seculorum etiam istum locum de trinitate, de Christo, exornare studuerat; quia Christianismi ipsa vis atque dos ingenua hac in causa continetur, interprete ipso Christo Ioh. XVII, 2 seqq. (1) Sed ex tot tam

(1) Huic carmine diligentius illustrans forte non deerit postea locus commodus. De hac γνώσει salubri, quae est in homine ipsa illa fides, quam salutificam dicere solent, tam multa copiose et sapientissime tractat Clemens alexandrinus, in ipsis libris Stromat. praeceps septimo. Utissimum eius disciplinelementine illustrationem dicit illofrimius Bossuetus, epus meldenensis longe eruditissimus, aduersus nosos spirituales diligenter disputans, in eleganti commentario, *Tradition des nouveaux Mytiques*, qui adhaeret tomo 3. Operum posthumorum; (*Oeuvres posthumes de Messire Jacques-Benigne Bossuet etc. à Amsterdam 1753. 4.*) Recite admonet pag. 110. γνῶσιν οὐαῖον et nomen illud γνῶσιν defuntrum esse ex Ioh. XVII, 3. Hoc myste-rium, ut latine illa scribam, pag. 113. includit adoracionem patris, filii et spiritus S. incarnationem Iesu Christi; obligationem ad conformatandam vitam vitas huius θεωρείων; perfectam nostram unionem cum ipso per fidem etc. Atque hoc tandem ille eruditus presbyter gentiles sensim-adducere voluit, ut vitam hanc celestem, quam vivere Christiani debent in Iesu Christo, perspicerent. Nec dubitari potest, Clementem id omnino arte illa et methodo consequi voluisse; qua ratione veria quasi scandala vitantur, ad quae alii impingunt, qui quasi imparati ad hanc christianismi arcem statim adducuntur.

❧ ❧

3

tam multorum scriptorum studiis et laboribus, meliores et castiores tantum partes elegit peritorum Patrum sollertia, omissis iam, et si non proiectis atque exsibilari, conatibus aliorum minus felicibus. (2)

§. II.

Antiquissima illa dissensio, quas istos diuisit, qui a Iudeorum aucto stupore et gentium aliarum publica barbarie sacra abhorrebat, hunc eundem locum de Christo, atque trinitate, maxime agitauit. Nec fieri poterat, ut in facrorum communium vnam arque eandem societatem illi coirent, qui ipsis consiliis et studiis sic fuerunt diversi; itaque semper necessaria fuit doctorum et antistitutum catholicorum illa diligentia, quae ad doctrinam sic semel suscepit, seu ἀπαρταγεδδον (3) τοις ἀγνοις τυσεως, castam

con-

(2) Ex romane ecclesiae doctoribus Petavius praecepit hanc caussam, quae historiam sententiarum et plurimum de Λεγη, ὑπερετη, ὄμηρη complectitur, multis aliis egit accuratis, in incomparabili opere dogmatum theologorum; atque pro illa, qua valuit, eruditione arque exercitatione dicere auctus est, multorum scriptorum, ante seculum 4, sententias et phrases, quibus sicut formulam et omen designant, longius absente a catholicorum illo sensu, quam ab Arianorum reperiis. Sed et idem non raro a plurim scholasticorum praecepsis vltro discellit, ut lib. 4. de Trinit. cap. 11. a Thomistis et aliis, qui dicebant, Relationem, ut ad se dicatur, vel qua essentiam includit, constituite personam etc. nec cum Augustini decretis ea in caussa semper consentit. Hic quia multi nec Petavium legerunt, nec istos scriptores ipsos, contenti scilicet visitatis superiorum temporum recitationibus: videmus etiam Petavium, Huetium, Rich. Simonium, saepe reprobandi, quan aut laudari aut, quod erit paucorum, in illa mediocritate studiorum, supereri atque superari. Certum tamen est, neminem hodie sic loqui et docere, ut loqui solebant illi scriptores, qui dandum aliquid esse putabant lectoribus nouis, quod forte ad Platonicam disciplinam videretur accedere.

(3) Iud. v. 3, quae est eadem phrasis, 2 Petri 2, 21. παρεδέσθαι ἀγνα ἐντολη, sicut Paulus saepissime vultur verbo, καθος παρεδων υμιν, Cor. 11, 2, 15, 3. arque iubet conferuare τας παρεδοτας, 2 Thess. 2, 15. Cumque his ipsis Apostolis iudeis sciamus, non paucos receperisse a tradita ipsis doctrina, hic forte primi illi querendi sunt, qui, et si Iudeis et gentilibus, non accederent, tamen secessionem vltro fecerunt ab istis decretis accuratiioribus, quae Iohannes et Paulus hominibus illis docendo tradiderant, qui porro aliis docendis adhibendi essent. Itaque et catholici antiquissimi hoc in loco praecipue prouocant ad παρεδοτα, partim, quia illa traditio seu institutio fuit

A 2

an.



conseruationem maxime spectabat. Igitur et hoc decretum, Iesum Christum esse deum et hominem, fidelissime et constantissime propugnarunt; licet non definierit illa catholicae ecclesiae prudentia atque aequitas, illas minoris omnis et usus quaestiones, quas pauci quidam eruditiorum causa mouerunt, Scholastici autem illi sic auxerunt, ut difficultiae et obscurissimae iam sententiae latae fuerint; his ipsis subtilitatis eximiis auctoribus aduersus se ipsos, quasi continuo iuris ordine, pugnantibus. (4) Ista

omnia

antiquior ipsis scriptis Apostolicis, partim, quia qui ab ista fidei formula semel discesserant, nec scribentis Pauli, Iohannis etc. auctoritatem pluris facturi erant, quam docentes fecerant. Huius traditionis dogmaticae, qua certa fuit, olim fuisse non exiguum utilitatem, negare studiosus nolam. Cum ne *symbolum* quidem litteris perscribi licet prioribus seculis, ne ante in aliorum notitiam veniret, quam intelligere different: facile credimus, etiam de trinitate et de Iesu Christo plura olim cathedralium ~~discepolorum~~, ad alios quasi de manu in manum tradidisse, quam scribi solerent. Sed istud huins ~~παρεξιστος~~ argumentum perimit tantum ad faciliorem et commodiorem usum doctorum, pro locorum et auditorum opportunitate, quam hominibus cunctis ad christianismum amplectendum fuit necessarium. Itaque et pro diversitate cathedralium varietatem explicacionem reperimus. Constatniores doctrinam Occidentalium usus retinuisse videtur, quibus et ipsa θρησκευτικη videtur praecepit deberi; nec tamen hic temere aliquid affirmamus; videtur autem non desse verisimilitudo, Christianismi multa antiquiora adiumenta publica deberi latinis ipsis hominibus. Locus certe ille *Tertulliani* (de testimonio animae, cap. I.), qui in *institutione breviori ad liberatem eruditiorum theologiam*, libro I. 68 excitatus est, videtur id innuere. Nonnulli — penes nos *opuscula condiderunt*, commemorantes in fugillationem (scil. gentilium,) et originem et traditionem, et sententiarum argumentia, per quae recognosci possit, nihil nos aut nouum aut portentosum suscepisse, de quo non etiam communes et publicae litterae ad suffragium nobis patrocinentur etc. Igitur Tertulliani iam tempore tales commentarii extiterunt; is autem minime designare potest scripta quorundam in Asia, Syria et aliis orientis partibus; igitur loquitur de scriptoribus in provinciis occidentalibus; forte Romae, licet nihil eius rei sciamus. Ceterum satis notum est, multis scriptores priorum seculorum etiam doctrinam de trinitate, de λογῳ, repetuisse ex scriptoribus graecis, philosophis praecepit; ut multi scriptores omnium fere aetatum, imaginem trinitatis satis claram in homine inueniri statuerint; quam demonstrationem *Gregorius Nyssenus* praeferre illi ausus est, quae ex sacris litteris petatur.

- (4) Nempe tales *quaestiones*: quid discernat parentem a filio? quid ab utroque spiritu sanctum; quid interfit, inter filii nativitatem, et spiritus processionem? vtrum



5

omnia eruditiorum exercitiis logicis libera esse sicut ecclesia; atque ab illa tam graui vniuersae ecclesiae auctoritate et liberali conuentione quosdam recentiores sic recedere voluisse, vel inter protestantes, ut iuri quasi aduersus alios dicundo se ipsi praefecerint, satis iniquum fuit atque ambitiosum. Etsi enim iustissima est illa ecclesiae catholicae auctoritas, vt nec Arianorum πτωχα εὐγνωτα, alexandrinae disciplinae quasi propria, aliis ecclesiis christianis obtrudi pati potuerit; nec praecepites conjecturas et studiosas μεθόδους aliorum admiserit in doctrinae publicae salubrem et certum ordinem, qui diuinitatis verum ius atque omen a Christo omnino abstulerunt: tamen ex hac ipsa causa, quia simplicissimam πτωχη esse decet, quae omnium esse debet, sapientissime et benignissime abstinuit illa catholica ecclesia, Apostolorum exemplo; nec iugum aut onus intellectui imposuit, cui pares sunt tantum eruditiores. Ceterum oportebat christianos huius saluberrimae et frugiferae doctrinae statores, illos priuati loci, praecepue id dare operam: vt ne impotenti odio facile eo ferantur, vt homines probos et christianae doctrinae ex animo deditos; immanibus vociferationibus ad alios in publicam inuidiam atque in-

A 3

fa-

vtrum spiritus S. a patre et filio, proficcentis, vnicum sit principium, an duo? Non male addit Becanus (lib. 8. cap. 2 locor.) ita sentent, id praeclarum et magni theologi esse, nihil ultra, quam sacris litteris proditum est, definire — apud vulgus theologus aliquando esse poterit, reuersa nunquam erit etc. Rectissime sic statuit Becanus; imperiti solent admirari tales praeceptores, qui sunt ipsis finiles. Si quis ultra vistatum compendium non progressus fuerit, stupet, si viderit, sententiam illam Christi, *pater maior me est*, hodieque explicari a quodam veteris disciplinae et parvissimae et scholasticae et recentioris non imperito, non de humana natura, sed de ipsa ratione originis, ordinuisse diuinae, qua filii est patre, subsistentiae. Faccillimum est imperito cuique ad sui similes tumultus excitare; quia omnes pariter ignorant, quae eruditiores Romani, patrum diligentes lectores, non ignorant. Scimus, sciunt omnes boni, difficillimas disputationes scholasticorum, non pertinere ad ipsam fidem catholicam; cuius generis sunt illa diffidit de *Relationibus*; vtrum persona ipsa re differat, an tantum ratio, vtrum personae inter se re ipso differant: etc. quae multis aliis diligenter, castius, et accurius exposuit Richardus Baxter, in methodo theologiae christianae parte I. cap. 2. pag. 106—116. repetens etiam Lombardi illud: tutissimum esse, tantum loqui cum ecclesia doctoribus. Nempe de eo nemo dubitabit; ad christianismi vero ipsum verum et genuinum vnum nemo referenda esse censuit, licet eruditos talia omnino ignorare non deceat.



famiam adducant. Sunt certe quaedam caussae eius ingenii, vt
utriusque, contrariae adeo, sententiae locus sit; itaque didicisse de-
bebant, ista molesta sedulitate priuata rem publicam christianam
non magis iuuari, quam si de plebe homines ea reprehendunt, quae
nec intelligunt satis, nec ad ea ipsi pertingere, pro sua exiguitate
possunt. Eruditionis adiuuandae alea omnibus patet; sed istis
Flacii *Braunis*, vi Melanchthon nominabat, et inconditis mori-
bus res illa christiana nec defenditur nec ornatur. In hac eadem
cauffa, de filii dei vera formula, scimus vniuersitatem sub occiden-
te sole ecclesiam diuisam fuisse ab ecclesiis plerisque orientalibus;
cum *Romana ecclesia* atque alexandrina, quia hominem proprius
nosset, *Marcellum*, *Ancyrae* episcopum, defendendum suscep-
per; (5) *Basilius* vero et alii hominem omnino abiicerent *Eras-
mum*, longe Eruditissimum hominem, atque de theologia vniuer-
sa multis aliis, longe luculentius meritum, non ignoramus a qui-
busdam scriptoribus vehementer publice priuatimque reprehen-
sum; sed illa immoderata atque inepta imperitorum hominum
sedulitas ipsis illis magis nocuit, quam Erasmo; quem *Leo*, ille
decimus, eruditorum eximius fautor, quem *Carolus V*, quem re-
ges Galliae atque Angliae, et boni omnes, liberalissime tueban-
tur; quia sciebant, eruditum virum, qui sit maxime deditus ipse
eruditioni colligendae, multa discere posse accuratius, multa ex-
plicare posse melius, quam illi plerique alii solent, qui, postquam
docere inceperunt, desierunt discere. Ipse ille, qui eruditionis
atque integerrimae vitae laude, multos alias praecessit, *Cardinalis
Caietanus*, qui libros quosdam negavit esse *canonicos*, quos tamen
ecclesias latinae publica confuetudo satis longa receperat: non
ideo fuit in publicam inuidiam infamiamque adduciens. Non pas-
sa est eam turpitudinem *romana ecclesia*. Si quis enim eruditus
putat rationibus se facile eruditum alium viciturum, cur plebis
iram atque consuetudinem humilem rationibus praeferat? In me-
dia enim hinc versamur; sunt multi non solum spectatores erudi-
ti certaminis, sed etiam dignissimi censores, qui facile praeium
eru-

(5) Breuissime atque utilissime conferri potest *Montfauconii collectio noua to-*
mo II. fol. 51. diatriba de causa *Marcelli*. Et *Remy Ceillier* histoire gene-
rale des Auteurs sacrés et ecclésiastiques, tome cinquième; Romae eum abfo-
latum fuisse, pag. 342. etiam in *Sardicensi* concilio, a. 347, pag. 501 etc.

eruditio[n]is et probitatis imp[er]tiant. Nihil laudis aut meriti *Flacius* retulit, quod probissimum illum Melanchthonem publice reprehendit, ob illustrationem τε λογικη scholasticam; (6) nihilo magis iam amantur, qui *Iac. Arminium*, virum doctissimum certe, in infamiam adducere ideo audebant, quia statuebat, minus recte a recentioribus dici, filium esse αὐτοῦ Θεον. (7) Praeterea eximie nocet ea res iuuentuti, quam honestis exemplis ad lenitatem et

gra-

- (6) Sacissime illam illustrationem et Melanchthon repedit et alii Wittebergenes, viuo adhuc Lutherò; multa programmata eius argumenti extant in ipsis collectionibus: *scripta* publice proposita a professoribus in academia Wittebergensi ab a. 1540 ad a. 1553. Witteberg. 1553. In euangelio (v. 6. 7.) nominatur filius dei ὁ λόγος, et imago aeterni patris; et si haec sententia procul sapra et extra humananum captum posita est, tamen, cum verbis humanis descriptio vtatur, umbrae aliquae in nobis querendae sunt, quarum similitudo vocabula vt cuncte declarat. In homine mens cum cogitat quidpiam, eius rei subitanū imaginē quasi *signit* — filium nasci, cogitando, et ea cogitatione gigni imaginē patris, vt in nostra cogitatione lucet imago rei cogitatae. pag. 9. an cogitari potest aliquo modo, cur filius dei λόγος vocetur, si non ab in imaginib[us], quas mens format, exemplum formatur? Ut mens imagines *gignit*, ita aeternus pater genuit characterem suae fabulantiae, Hebr. I, qui λόγος dicitur; et sic apollissime; viuo Lutherò et omnium non ignaro. Nec ignoramus antiquissimam esse hanc illustrationem, inde a Tertulliano, per scriptores plerosque usque ad seculum 4; nec inde defuerunt, qui repeterent, postquam *Lombardus* ex Auguftino descripsérat; recte autem addendum est, hos auctores memoriam, *inre[ligentia]m, voluntatem*, non putatis has facultates accidentia animae. Cur igitur *Flacius* tumultuabatur? Eximie illam acerbitudinem queritur Melanchthon; quam *Zeli nonin solebant vendicare et iactare*; atque recteominatur, sua scripta et erudire nunc plures, et profutura plus posteritati, quam declamationes *Flacii*, quibus Schwenkfeldium ita oppugnat, vt doctrinam περὶ λογίας impugnet, etc. *Ex actis synodiciis* et aliis diligenter collecta *Expositio* etc. Wittebergae 1559. 4.

- (7) Notum est *Calvinum*, *Anandum Polanum* et plerosque theologos recentiores affirmare, filium esse αὐτοῦ Θεον. *Bellarminus*, *Genebrardus* et alii romani, in patribus exercitatores, quam multi alii, reprehenderunt illum loquendi modum, sed satis moderate. *Arminius* autem inuidiosius exceptus fuit, vir maiori laude dignus, quam calidi multi Batavi. Rectissime hic ad *Vyrenbogardum* (epistola 44. pag. 87. collectionis, Epistole præstantium et eruditorum virorum, Amstelod. 1704. fol.) Ne mirare; puta enim paucos esse, qui itum articulum, vt nobis est in scripturis propositus, et a patribus, præcipue graciis, tam erant Latriis, plenius pertrahuntur, accurate considerauerunt. Sic res habet; quia alii multa ignorant, ideo ille, qui plura dicere audet, publice vapulare solet.



grauitatem animi informare debebamus. Itaque fateor, eos omnes scriptores e nostris, mihi parum placere, qui vehementissime in quosdam scriptores istorum temporum aut romanae ecclesiae inuehore solebant; aut in *Calvinistas*, ut solebant nominare; ausim dicere, piget et pudet talium exemplorum. Vera omnis doctrina miti et comi oratione multo facilius persuadetur, quam diris et atrocibus; quam sententiam vel *Iulianus* aliquoties scripsit; nec priuatum est hominum, auctoritatis speciem praecipuum sibi arroga.

§. III.

Facinile obieruatur, quod antea diximus de veruſtioribus scriptoribus, etiam recentiores quosdam scriptores, pro excellenti animorum illo cultu, et reliquise ſaepe vſitataſ docendi viam, et reperiffe noua doctrinae veteris adiumenta. Quod *Vincentius ille lirinenſis* ſanciebat, post tantum catholicæ ecclesiae conſenſum, non noua; ſed noue illa veruſta dogmata Christianismi commendanda atque explicanda eſſe: eo ipſo maxime doctorum proborum, atque non ignauorum, ſpectatur prouincia. Vti *Augustinus*, cuius diligenter atque eruditio plerosque iſto tempore alios scriptores quaſi obſcurauit, illam viam deſeruit, qua solebant ante iſum multi narratas in Mofis libris tot *apparitiones* tribuere filio, quas Angelorum (8) creatorum fuſſe ille ſuo iure tenet: ita et porro posteriorum diligenter numquam nouis fructibus caruit. Nec eſt obſcurum, quantum in eruditione theologica profecerint in romana ecclesia doctores, poſt vtilissimos illos libros XII lo-

co-

(8) Notissimum eſt, in anathematismis formulae *Sirmiensis* a. 357, (quam Athanafius recitat,) eos reiici, qui negant *filium* viſum ab Abraham; certasse cum Iacobo; pluſie in Sodomam etc. Tamen *Augustinus* actueris *Constantem praecedentium ſententiam*, magno auſu, maiore conſientia, tubinxus ſcripturarum pondera, et rationum gratiuiſſimarum acumine ac textura, pri-
mus *pansis velis* in libris de Trinitate demonſtravit, *omnes illas apparitiones* veteris teſtamenti, non *deo, ſed angelis* tribuendas eſſe. Sic defcriptus *Iansenius*, ep. ille celeberimus Ypresiſ; du Pin ex eo, ut ei obiicit R. Si-
mon in Critique de la bibliothéque et des Prolegomenes, publiés par M. du
Pin, tome I. Parif. 1730 pag. 145. Pluribus poſſunt legi, qui idem tenent,
Peverius, in Exod. 3. disp. 6. *Tannerus, Euarez us* etc. Tali auctoritate li-
cebit et hodie tutum eſſe, ſi quis eadem conſientia viatur, *aduersus con-ſtantem praecedentium ſententiam*.

* * *

corum theologicorum *Melchioris Cani*, quod opusculum si plures
e nostris perlegissent, qui statim sibi et auctoritatem et eruditio-
nem sumunt, quando muneri cuidam sacro admoti fuerunt, haud
dubie multo plura disserent utilia et frugifera, quam ex medio-
cri compendio isto theologiae aut systemate excerpserunt. Post
tot commentatores in *Thomam*, scriptorem meliori seculo dignum,
non desunt tam ex Gallis, quam ex Italib, qui docendi methodum
aliam praeferre audent, et discedere a multis argumentandi et
persuadendi modis, quibus schola illa vniuersa, tot celebrium
auctorum diuisa nominibus, antea vti solebat. (9) Itaque mirum
est, cum et illi, qui Caluini, et Dordracenae synodi auctoritatem
nuper quasi sanctam reuerebantur, liberaliter iam amplectantur
omnem augendae et iuuandae cognitionis theologicae accuratio-
ris opportunitatem: tamen ex illis, qui Lutheri disciplinam il-
lam fatis liberalem profiteri volunt, esse multos, qui academicae
doctrinae publicae, quae exercendis et acuendis ingenii maxi-
me destinatur, (10) statam formulam aliquam sciscunt et imperant;
quasi ignorarent, huius vitii speciem Lutherum pati et ferre non
potuisse, et libertatis theologicae tam fuisse strenuum defensorem,
vt et ipse subinde non parum mutauerit suum docendi modum,

er

(9) Vel solum *Bossueti* exemplum comitat, lenitatis, liberaliorisque eruditionis
sufficit; e cuius variis scriptis, quae singularis iudicii et eruditio laude
non carent, multa huius rei documenta proferri possunt. De rudi illa con-
trouersia, quod authentica translatio dicta est *vulgata* a concilio *Triden-*
tino, tam accuratam et aequam sententiam culti, praecuntibus aliis doctiori-
bus, *de Muis*, *Andradio*, *Contio*, *Serrario*, *Rugerio*, *Simonio*: vt, si ta-
men, e nostris non definis, qui istum locum indoctius porro tractent, fatis
certum sit, eos nihil agere. Vid. de pluribus exemplis dogmaticis, *Projet*
de Reunion entre les Catholiques et les Protestans, tomo 2. *operum postu-*
morum pag. 63 seqq. Similiter alii erudit viri e Romanis oculis suis vti
recedunt a multis scholasticorum decrevis.

(10) Hoc consilium *Melancthon* et omnes illi meritissimi Wittebergenenses dili-
genter et studiofissime fecuti sunt; itaque moderatas plerunque et pacificas
sententias tulerunt, alieni ab illorum vitio turpi, qui in aliorum vitis requi-
rendis tam cernunt acutum, quam aut Aquila etc. Sed in fratribus, qui vni
domino in uno spiritu vel vitam impensuri seruiunt, *αγαπηνά τοις ζεσθαις*
το κακον, iussit Paulus.

B



et Melanchthonem aliosque idem facere, non aegre tulerit. Itaque in romana ecclesia sunt viri non pauci aequiores, et humanae, quam colligunt eruditii, cognitionis peritiores, ut ferant et patiantur sententias varias, diuersas, contrarias adeo, in academicis et eruditis scriptoribus; quia intelligunt, hoc, quicquid est eruditionis theologicae, quo imperitam plebem christianam vincimus, non pertinere ad substantiam fidei; eo tamen maxime opus esse, ad exercenda et acuenda ingenia iuuenium, qui eruditioni liberali dicuntur esse destinati. Ipse ille eruditior alius auctor Thomas (11) Aquinas, ira statuit: *non tenemur de necessitate salutis credere, non solum doctoribus ecclesiae, ut Hieronymo, Augustino; sed ne ipsis quidem ecclesiae;* nisi in his, quae pertinent ad substantiam fidei. Itaque, si quis de locis illis quibusdam classicis statuar etiam

(11). Thomas, Aquinas, quodlib. 9. articulo viiimo; allegatur, enim *Mirandulani* illa *Apologia* aduersus imperitorum censuras, cum aliorum sententias ab Inello. Sic Maldonatus, vir non minoris iudicii et libertatis, quam eruditionis, saepe recitat sententias, quea venerandoe auctores habent, ut scribit; i. e. patres; sed non raro a cunctis dissentit. — (Omnies fece se exponunt; — sed mihi videtur non satis apta interpretatio, aliquoties scribit.) Caietani illae sunt sententiae (initio commentar. in Genesia.) nullus detestetur *novum sensum scripturae sacrae*, ex hoc, quod dissonat a priuis doctoribus; non enim *Alligavit dux expositionem scripturarum* fararum priscorum doctorum (ergo multo minus recentiorum) sensibus; sed scripturae ipsi integrae, sub catholicae ecclesiae censura; (quod attinet ad publicum illarum expositionum usum; sic nemo refragabitur;) Alioquin ipse nobis et posteris tolleretur exponenti scripturam, nisi transferendo, ut autem, de libro in quaternum. Haec recinuit Melchior Canus lib. 7. c. 3. num. 10. pag. mea 223. b; atque paulo post, inter alia, quibus dissentit, addit: ac re vera, sequi maiores nostros per omnia, et in illorum vestigiis nos quoque pedes nostros figere, ut pueri faciunt per Iussum, nihil videtur esse aliud, quam *ingenia nostra denuare, iudicio nos priuare nostro et facultate inquirendae veritatis.* Has sententias, tam liberales, tam ingenuas, tam honestas, dixerunt scriptores eruditissimi quidam et Romanis illis, quibus solent obficere, quod nulla vntantur libertate sacra; ferui quasi romani pontificis. His sane liberalissime scribere licuit. Hic multi et nostris haerent in vestigiis Gerhardi etc. ut parentas non esse, procedere longius; quia ille refutandum summis *Bellarminum* e. c. de preceptis de gradibus prohibitis, qui putat esse ciuilla: igitur porro sic docendum esse. Ita *exscriptus* etiam in aliis locis et causis obtinet; ut satis sit ad inuidiam concitandam, si quis dissentiat a theologorum superiorum expostionibus.

hodie aliter, quam statuit *Gerhardus*, *Baierus*, *Calouius*; aut vniuersa quaedam facultas theologica, ille statim inuidia atque infamia haeretici non carebit? Malignis suspicionibus, diris sententiis traducendus est? Sunt autem ista nomina apud nos longe minoris publicae existimationis, quam illa illorum tot patrum, quae latina illa romana ecclesia sanctorum catalogo et canoni inseruit; tamen Romanis doctoribus ius fas est, dissentire ab illorum sententiis, explicationibus, argumentationibus. Nempe nec *Lutherus* nec *Gerhardus*, viri probissimi, contradicerent Augustini⁽¹²⁾ huic, paeclarae et liberali, sententiae: neque quorumvis disputationes, quantumvis catholicorum et laudatorum hominum, velut scripturas canonicas habere debemus; ut nobis licet, salua reverentia, quae illis — (*Luthero*, *Gerhardo* etc.) debetur, aliquid in eorum scriptis improbare, aut respuere, si forte inuenierimus, quod alter senserint, quam veritas habet. Talis sum ego in scriptis aliorum; *tales volo esse intellectores meorum!* Aurea est, haec Augustini, sententia; atque debebat tanti nominis, quantum est in illa theologica exercitatione Augustini nomen, esse tanta auctoritas, ut moderatae tantum atque aequae sententiae ferrentur in his rebus, ut sunt locorum classicorum numerus et ordo; variarum lectionum examen, etc. quas nemo, nisi imperitissimus, dixerit ad substantiam fidei et christianismi pertinere. Ipsa enim fidei christiana substantia mansit integra, sine hanc fidem eiusque partes, ignarus omnium acromaticarum quaestio-

B 2

num,

(12) Augustini ad Fortunatianum, epistola III. Tales, tam liberales, Augustini intellectores fuerunt ex ipsis Romanae ecclesiae doctoribus recentioribus, *Sadoletus*, cardinalis eruditissimus, *Genebrardus*, ille celeberrimus parisiensis theologus, *Sixtus*, *Senensis*, aliquie. Hic *Sixtus* libere scripsit, (prefat. in librum 5. bibliothecae sanctae, quod est eximium eius temporis opus.) Augustinus, dum toto spiritu et verborum ardore pro defensione diuinae gratiae pugnat, — in alteram quasi foueam delabi viderunt, *minusque interduum tribnere*; quam par sit, liberae hominis voluntati. Similem eruditioem ad hunc locum de peccato originis adhibuit *Albertus Pighius*, controverfa I. Hic ali, scio, alter sentiunt; quidam tantum eo nomine, ne videantur a Luthero discedere, qui in libro de sermo arbitrio, similiter aduersus *Erasmus*, vi quidam libere judicant, ἀνθερης ἐλεγχη lapsus est; sed ius fas esse inter nos certe esse debet, quod eruditis praecipue temperlicuit.



num, ex vno tantum euangelio, ex vna tantum epistola Pauli quis
sibi aliisque persuasisset, siue per traditionem illam publicam ex
ore vnius Apostoli, aut aliorum quatuor, vel plurium, de fidei
substantia institutus fuerat, cum nondum scripta fidei christianaæ
documenta proferri possent. Itaque, et si inter nos, non ignobile
nomen, Ioh. Georg. *Dorscheus* scripscerit, (13) multos Iesuitas
Socinianis in articulo de trinitate *tantis succurrere adminiculis*,
quia scil. loca varia aliter interpretati sunt quidam, vt ad trinitatem
etc. ista interpretatio porro nihil valeat; ramen ius fas est
alios aliter sentire, quam *Dorscheum*; nemo enim, praeter deum,
de animi intimis consiliis certo cognoscere potest; nec, vti res
ipsa iam patet, talis est locorum omnium indeoles, quibus ad
demonstrationem theologi, etiam e nostris, antea vti solebant, vt
omnino falsa sit omnis interpretatio, et sine ratione, si hodie aliter
instituatur. (14)

§. III.

(13) *Detectio malae fidei papalis*, circa probationes SS. trinitatis, et sigillatum
deitatis filii dei etc. Argentorati 1646. 12. Si quis non imperitus
fit interpretationis sacrae, facile fatebitur, *Dorscheum* saepè talia exprobrare
istis Romanis scriptoribus, quae a doctissimis et probissimis interpretibus
fuerint similiter explicata; quos nemo dixerit *photino* aut *Socino* auxilia parare
voluisse. Sic e. c. Ioh. 17, 3. Christum istam sententiam, σε, τον μοναντανον, hoc in loco dixisse in patrem, sibi autem illo tempore et loco
id prædicatum non tribuere, *Weismannus* et alii accusationes theologi
farentur; licet inde ab antiquis, *Nouatiano*, *Augustino*, *Ambroso* etc.
multi etiam recentiores theologi putarint præcipuum hic reperiri argumentum
aduersus Arianos et Socinianos. An filius dei vel Spiritus S. pariter
sit deus, id hoc loco nec affirmatur, nec negatur, scripsit *Weismannus*;
sed ille profecto noluit Socinianos iuvare. Non pauci patres statuerunt,
vnu Christo, ante spiritum I. effusum, qui in πασαν αληθειαν ducebat, nec
apostolos, nec Mariam etc. cognouisse, quod sit natura deus, itaque nec in fer-
monibus Christi quaerabant clarissima documenta, licet quedam vestigia.

(14) Luculentum exemplum non raro præbet *Hunnius* ille liber, quem *Calvinum*
judaizantem inscripit; et ille alter, non melioris indolis, *Antiparrenus*;
multa carmina ad trinitatis demonstrationem traxit, quorum hodie
licet longe aliam explicationem præferre. Sed et in ipsis illis controversias
nostrorum, labente seculo 16, per *persona Christi*, de *lege et euangelio* et
aliis capitibus, carminum allegatorum non raro est illa interpretatio, vt a
nobis excusetur, non vero confirmetur. Iste autem Lutheri liber, *de seruo*
arbitrio, si quis eum legerit, et Erasmi etiam legerit *Hyperaspisten*: pro-
fecto fatebitur, non raro explicationes occurtere minus veras.

PRIMA PARS.

§. III.

Iam vero, ut ad rem ipsam veniamus, constituimus, quia satis magni momenti est ea cauſa, feligere quaedam carmina apostolica, ſeu e libris noui foederis: quibus diuinitas et humanitas Iefu Christi, nobis quidem arbitris, videtur firmiffime et facillime ad aequos et probos lectores posse effici. Fruantur, vtantur, alii ſua ſententia, atque, ſi putant id commode fieri, multas etiam alias ſententias hanc in rem adhibeant; ſcimus enim, multa adhuc ſuperelleſſe non ſatis excuſa atque obſeruata, quibus reperiundis illa aliorum diligentia bene mereri porro poſſit. Primum omnium hic monemus, id nos nunc maxime ſpectare, ut iipſis animis noſtris ſiat illa fides firma atque certa; itaque praecedere volumus, illas doctrinas, quas Iefus ſolebat praecipue commendare, hominum cognitioni et confuetudini emendandae; ſunt autem illae de peccato, de perfectiori cognitione et cultu dei; de ſummo dei in homines fauore, qui vel inuifitata atque inaudita adiumenta per iipſum illum filium doceri atque prodi et effici iuſſit. Hae doctrinae cum fuerint menti diligentius propositae, ſuccedit iam deſcriptio eius auctoris, qui tam praeclaram et ſalubrem doctrinam, atque nouam de deo ipſo noſtiā, partim ipſe partim per Apoftolos, nouō numine Spiritus S. auctos, luci publicae expoſuit. Illum rei diſcendaे ordinem ſeruauit ipſe Iefus, qui ſerius demum de ſe locutus eſt luculentius, praecipue in illis ſermonibus, quos Iohannes perſcripsit. (15) Emendanda enim anteā erat illa formula Christi, quam iuſto humiliorem et tenuio-

B 3

rem

(15) Sed et hic porro locus fuit *argumentis* cognoscendi, per ſpiritus ſancti illam nouam prouinciam; hoc demum duce mirifice auxit illa πτισις apofolorum, ſubiectiue et obiectiue; itaque fatetur ipſe Iohannes de diſcipulis, Cap. XII, 16. *tum demum* intellexiſt eos plura, ὅτε ἐθέλειον θηρίον. Forte et illud, cap. I, 14, ἐθέλειον θηρίον δοξαν ἀντει, innuit illud ſerius tempus; quare adhuc ſub finem viuae precurtor Iefus, cap. XVI, 1. δοξαν τοι γνοί, ſicut Stephanus poſtea vidit δοξαν θεού, ſcilicet Iefum, qui ſtabat a dextera dei, Actoꝝ VII, 55. Ille autem experientiae ordo videretur recte praere; et tum demum πτισις etiam facilius occupare potest eam arcem diuinitatis et trinitatis.



rem solebant omnes Iudei informare. Similiter illa rerum diuinorum et moraliū ignorātia, quae gentes ceteras omnes inuaserat, tolli non poterat, nisi suppeditatis nouis talium rerum atque exercitiorum notionibus, quibus deo dignissimus cultus ad omnes homines commendari poterat. Itaque *καθόλην βασιλείαν* hanc *τοῦ θεοῦ* praecipue descriptis Iesus, inter Iudeos, Ioh. III. cuius verum omen vel Nicodemus ignorabat; similiter Iohannes, ille baptistes, regni quod dei est, faustissimum in omnes homines, ius nouum, iam prodi professus est, Math. III. Hic porro praecipue eminet Iohannis et Pauli luculenta diligentia, in informanda vera notione Christi et *σωτῆρος*, vt his Apostolis maxime deberi clarissima huius rei auctoritas dici possit. Itaque et veteres multi solebant Iohannis illud Euangelium aliis praeferre, quia sit maxime *πνευματικὸν*; et rerum christianarum copia prae aliis insigne; et Lutherus illud confirmando atque experiendo christianismo maxime esse idoneum, aliquando dixit. (14) Eadem est praestantia plurimarum Epistolarum Pauli; atque operae forte fuerit pretium, attendere nos diligenter, ad illam *singularem conuenientiam Iohannis et Pauli*, in istis praecipuis christianismi partibus, quae Iudaismum et Gentilismum luculentissime deprimit atque quasi euacuant. Huic rei dabimus et in hac scriptione aliquam operam, quia solidissime putamus nos efficiere, Iohannem et Paulum summanam naturam diuinitatemque, quae huic filio dei, qui et Iesus et Christus est, conuenit, sic confirmasse: vt, si quis velit horum scriptorum pati auctoritatem, qui ingenuum christianismum praecipue inter alias gentes promouerunt, is dubitate de hac causa non possit. Atque profecto ista utraque differentium pars, quae aut tollit diuinae naturae communionem et verum vnum, sive Photini et Socini hypothesin praferat, sive

Noeti,

(14) Defendit Lutheri istam sententiam Hutterus in locis communibus, satis recte. *Huius* etiam aliisque itaque mirum omnino est. Hoc defendi quod os dami potuisse hodie, illa phras: praecipuas, potiores partes Euangeli esse alias, quam narrationes vulgares de *daemoniaco*; cuius generis phrases vel *Ligfootus* iam sic recte descripsit, Iesum locutum esse *cum vulgo* etc. Itaque et probi omnes doctores argumentum librorum veteris testamenti diligenter distinxerunt, et inferunt a christiano lectori aliud alii praeferriri, quam in rem plura alibi collecta sunt.



15

Noeti, Sallustii et aliorum, qui Patri aeterno soli ea omnia tribuunt, quae alii filio, parvis aeterno focio, et in tempore sensim clarius, quam antea, prodito *peccati*, distinctis sic duobus agentibus, adscribunt; aut humanis aulibus seiungit filii naturam ab *spiritu* patris: utraque igitur dissentientium pars, Iohannis et Pauli ingenuam auctoritatem ultra deserit; quod non licet christiano doctori.

§. V.

Facillima et simplici ratione hanc in rem utimur, ipso *initio Euangeli Iohannis*; quod, ut facile patet, ei rei destinatum est, ut clarius atque augustinus illum Iesum Christum describat, quem alii suis confiliis seruientes, solebant sic informare, uti putabant facillime se auditoribus persuasuros. Iudei rudiores insularum et alii augustinorem hominem informabant Messiam, cuius in societate maximam felicitatem in terrarum orbe se conseruantes sperabant, abusi veteri sua gentis historia, quae impuras gentes e Palaestina electas narrabat; eodem omni vniuerso orbi se sub Messia imperatores credebant. Atque facillime Iesum hunc Messiae honore auxilient, si regis instar, prae se ferre ausus esset. (17) Alii, qui ipsi non interfuerant vitae humanae, quam Iesu aliquod per tempus inter Iudeos egerat, spiritualem tantum aliquam naturam informabant, quae corporis humani tantum speciem aliquam prae se tulerit; et sic historiam humanam veram, omnem tollebant; *inimici crucis Christi*, (18) de quibus Paulus iam querebatur, atque aduersus eos ingenuum et verum Euangelium Christi, et *λογον τον τε σταυρον*, diligenter defendit. Harum rerum, quas hic breuiter recentuimus, fidem faciunt antiquissima et certissima documenta; ipsa etiam illa diuinitus et

(17) Iohannes praecipue diligentius describit, quomodo Iesu corrigere studuerit falsam Melliae formulam; itaque semper *ad sua opera* Iesu prouocat, licet fateatur, se non explore illo Iudaica confilia. Vel solus ille locus Ioh. X, 24 ostendit Iudeos optasse, ut prae se ferret istam regis speciem.

(18) Isto pudebat eius humanae historiae, quae illam mortem eius describebat, cui ramen Messiae istum honorem tantum omen iure tribuendum sit. Itaque negabant aut facebant eam partem; narrantes tantum magna et grandia, quae non mortuum, sed in vita superstitem atque paulo post in lucem propositum Christum persuaderent. Ista sunt characteristica eius temporis et veritatem rerum sic gestarum sorriter declarant.



contraria quasi secta christianorum, quam inde a primis temporibus historiae illa monumenta, quae supersunt, repertare et describere solent. Iam prona et facilis est horum carminum sententia; quam sic audemus illustrare.

i. Quod ad eos attinet, o boni, qui Christi, quem nouae religionis auctorem praferunt, naturam spirituale faciunt, meliores sunt omnino istis Iudeis, qui humana tantum consilia et instituta Messiae fingunt, ipsorum genti vnicce atque parum honosifice profutura; sed, cum non ipsi interfuerint rebus illius gestis, nobis Apostolis profecto debetis fidem potius habere, quam illis. Nos enim Cap. I, 14, ipsi interfuiimus, et hominis quidem naturam confirmamus, sed simul ἐθεωραντας (19) την δοξαν (20) αυτων, quae est naturae humana maioris; quae omnem γοναν των πινευματων superat, δοξαν quippe, οις μονογενεις παροι πατερος. (21)

Illa

(19) Admonuimus iam antea, (15) hoc ἐθεωραντας completi etiam illud tempus, quo diuina christi natura iam multo luculentius patuit; spiritus sancti auctoritate, qui sumebat εν ταις, διην ταις Χρονισ, atque sic docebat, que antea minus bene intelligere poterant, carentes isto nobiliori influxu et ductu sancti spiritus.

(20) Δοξαν των μονογενεων animo concipere, est θεολογιεων των μονογενεων, ei tribuere diuinitatem, maiestatem diuinam, cuius origo et fons est deus pater, αυτοδεσσος omni significatu. Sexcenties δοξαν της θεος pro maiestate dei, et complexu eorum decorum, quae sunt infinita, et prima. δοξαν Ioh. XII, 41 maiestatem reddit Veronensis codex, colbert. corbj. Ambrosius etiam; sic et abbii. Itaque Matth. VI, 13. δυναμις et δοξα tributior patri; (licet haec pars sit additio senior, quod ex ipsis græcis Eustymius iam fatetur; de qua re licet eruditis in vitramque partem dilputare.) Certius iungitur δυναμις et δοξα των πατερων, Matth. XXIV, 30. a patre haber filius hominis, εν τη δοξα αυτων, venturus, cap. 25, 31. μετα δυναμεων ναι δοξας, cuius fons est pater, Marc. XIII, 26. Luc. XXI, 27. Et sic saepissime. Itaque Ioh. II, 11. εφωνερωτε την δοξαν αυτων, interpretandum erit accuratius, manifestare coepit; nec enim isto iam tempore talem filii naturam et δοξαν perspicere licebat accuratiu, cum esset Christus in statu illo exinanitionis, Phil. II. Postea vero plenissime et luculentissime manifestauit deus hanc eius diuinam gloriam. Itaque pater recte dici potest εθεος των κυριων μων, ο πατηρ της δοξας, i. e. πατερος, quae δοξα est filii a patre, Ephel. I, 17.

(21) Δοξα, quam a patre habet semper, οι προς τον Θεον, ergo θεος ipse. Cui competit δοξα patris, a patre; cui impertit pater την δοξαν, maiestatem illam primam; quae semper est tantum vника; ille habet θεοτητα, ille est

Illa igitur *δοξα μονογενεύς πάτρας πατρός* est alia et maior, quam spiritualium substantiarum ceterarum omnium, quia est *δοξα* patris, cuius in sinu ille filius semper est; quia deus est, ideo non est ex ordine rerum, quae sunt extra deum; nullus, et si dicantur multi filii dei, est *μονογενής πάτρα πατρός*, quia nullus est, intra deum, in sinu dei. Sunt enim *πάντα*, quaecunque cogitando solent illi vestri doctores complecti, huius *μονογενεύς* ditioni et potestati subiecta; itaque ex tot spiritibus cur putant per unum aliquem praetaliis, hominum *σωτηρίαν*, quae dei consilio conueniat, procuratam fuisse? Nos autem ex ipso hoc didicimus, quod nos iam docemus, v. 18. Θεον δέδεις ἐώρακε παποτε, quicquid illi reperiant de pleromate, de ordine quali incorporearum rerum: unde talia sciant, dicere nequeunt; nos scimus. Ο μονογενής υἱος, idem ille, cuius diuinitatem, *δοξαν*, nos didicimus, ὁ ὦν εἰς τοὺς κόλπους τε πατρός, cum nihil aliarum ἔτινα praeter patrem et ipsum esset, cum nulli adhuc aeones essent, (22) is igitur solus *deum* cognitum perspectumque habet, ἐκενος ἐξηγησάτο; ab ipso doctore et auctore habemus, quae de patre et filio monogene nos docemus. Ista autem nos apostoli docemus, satis diversa ab ipsis aliorum decretis.

§. VI.

Has sententias igitur discite. Εν αρχῇ ήν ὁ λόγος. Deum quidem esse, illum deum, τὸν θεόν, patrem, inter omnes satis constat; a deo, a patre cetera omnia esse, nemo dubitat. Sed iam solent alii genealogiam spiritualium naturarum longo ordine recitare, sine villa, quae persuadeat, auctoritate. Nos igitur Apostoli

est θεος. Ut δυναμις και θεοτης iungitur Rom. I, 20. sic alibi δυναμις και δοξα; vii homines colligunt τα μάρτυρα τε θεος, τοις ποιημασι νομιμεναι, sic christiani colligunt δοξαν et θεοτητα filii, ex ipso illa provincia, cui eum pater praefecit, qua eum sic manifestauit, et per spiritum sanctum hoc docuit, quod sit ιδιος, μονογενής υἱος.

(22) Θεος, vt saepe Χριστος, pro omni illo complexu et nexu notionum, quae deum, Christum, recte ad nos informant: sic dicimur, *Christum* didicisse; *Christum* induere; in *Christo* esse et vivere.

C



stoli haec didicimus, ἐξηγοράστε ἔκεινα τὰ μνογένες. Sine initio, quod est illorum ἀερος; et γενεας spiritualium substantiarum omnibus commune, quod initium ipsi vltro designant, erat ὁ λογος. Ope-
rae non est pretium, vanas Socinianorum sedulitates hic excute-
re (23), qui ad initium Euangelii respici et mundum spirituali-
tatem describi volunt; videmus magnam vim esse consilii et voluntatis
in interprete; si velit, potest sibi facile ipse imponere, et sic in-
ferre sensum, quem efferre debebat. Ο λογος iam ον, semper;
cum deo ον; in tempore demum, volente, mittente patre, ἐγενε-
ρο σαρξ. Hanc sententiam qui negat, is agit, quod ipsi placet.
Ceteris cunctis rebus tribuitur αερος, quia non erant ἐν αεροι, pla-
nissima est sententia (24). Praeter deum, et λογον, nihil fuit. Io-
hannes hic id maxime agit, vt describat τον λογον, quia ignora-
bantur haec, quae docet.

II) Καὶ ὁ λογος οὐ προς τον Θεον, itaque, quia nihil aliud ad-
huc existebat, quo uti liceat ad descriptionem των λογων, deus au-
tem semper est: apud deum, cum deo, in dei societate erat ὁ
λογος. Comparemus Christi ipsius orationem illam, Ioh. 17, 5.
iam adeo illud tempus, vt tu, o pater, honorem istum mihi
pu-

(23) In *paraphrasi* Euangelii Tomo I. in h. I. pluribus ista reiecimus; vel
illud unicam, quomodo component, ὁ λογος οὐ εν αεροι, cum v. 14. ὁ λο-
γος σαρξ εγενετο, cum v. 10. 11. Nam quod generatim dicebatur, in
mundo erat, et venit eis τα δόxa, ille doctos diuinus, Φων illud: id iam
describitur accuratius, ne apparitionis more intelligeretur, σαρξ εγενετο.
Si euangelii initium intelligatur, qualis est sensus, καὶ ὁ λογος (ἐν αεροι)
οὐ προς τον Θεον, καὶ ὁ λογος οὐ Θεος, ἐν σαρκα τη Euangelymal; quis ta-
lia concoquat? Hic obstat antiquissima et perpetua interpretatio nominis
λογος, quae aduersus Socinianos fortissime dimicat, quod Ariani omnes
renunt, licet aliam et minorem ἐτιων simul cogitando addant, eni rei ra-
tionem ipsi vltro requirunt. Photinum et Marcelum feliciter alius illi
significatus, qui υποσαντι aliam praeter eam, cuius est λογος, excludebat.

(24) ὁ Θεος semper est; cum ipso est Θεος, λογος, per λογον omnia extra
deum condenda sunt; in isto rerum finitarum initio, quod ipsis competit,
quia sunt finita, οὐ ὁ λογος, per quem deus ista omnia existere iussit.
Vim sententia veram facile admisi, et faslus est Julianus; Iohannis haec
fuit mens, hoc voluit prodere; ideo ηλιθιον dixit eum; hoc ipsi licuit, qui
noluit porro auctoritatem Christi atque apostolorum admittere. Sed rem
ingenue faslus est, non torfit auctorem.

publice, ad homines, impertias, quo apud te nunquam carui
δοξαν, *ην ειχον*, πάρα τοι, προ των κοσμου είναι. Ignau et tantum
non improbi sunt interpretes, qui clarissimam orationem inter-
pretando sic corrumpunt, ut dicat Iesus: *quem honorem mihi de-*
creueras etc. aut, *quem destinatione habebam apud te*. Quid enim
est in ea oratione, *πάρα τοι*? Igitur et nos omnes iam *ante, quam*
conderemur, habuimus gloriā et felicitatem apud deum (25). Quae-
nam est similis oratio huius tam inusitati generis? *Ο ώ εις τον*
κολπον των πατρών, ideo est *μονογενής*, et *habet summam δόξαν*, *πάρα*
των πατρών, dicitur hic c. 1; idem scriptor igitur *ignorauit ea*,
quae postea Iesu dixerat de sua gloria (26). Est enī idem, *ο μονογενής*, et *ὁ λόγος*. Igitur, si vaticinari licet, sic loquitur Iohannes.
Cum ceterae illae res initio viuensi mundi, exsistere
coepissent, atque longo ordine omnes iam existissent, ille *λόγος*,
ipse nondum erat, sed *destinatione* tantum erat; et per ipsum,
qui *destinatione* tantum erat apud deum, omnia illa reapse effecta
fuerunt etc. Est itaque clarissima oratio Iohannis, hunc eun-
dem fuisse *προς τον Θεον*, quod inferr, etiam patrem dici posse, fui-
se semper *ουν τῷ λόγῳ*.

Itaque iam III) augetur descriptio, clara noua illa parte,
ο λόγος ἡ Γεως. Nisi Iohannes loqueretur de aeternitate, ante-
quam aliarum rerum ἵπαξ as atque existentia locum haberet; si
de hoc illo statu Euangelii recens prodiri loqueretur: dicendum
erat, ναὶ Γεὸς ἐστιν ο λόγος. Sed semper virtutē tempore imperfe-
cto, quod praefens aliquod occupat, post quod ordine cogitandi

C 2

(25) Igitur et ὁ καρπός habebat ὑπερέξων, προ τα ἀνταν είναι; clarissimum est, Christi sententiam ea ratione corrumpi et perverti. Mundus, esti decreto dei esset constitutum, condi mundum: tamen nondum erat; hic, Iohannes a Spiritu S. doctus, clarissime dixit, ἣν προς τον Θεον ὁ λογος, θεος ἡν, igitur et hic ludemus, in decreto dei erat Θεος, προς τον Θεον? Quicunque habet, ei darur; et ipse Christus dicit, ego habeo testimonium longe maius, quam Iohannes etc. et sic sexcentes dicitur; nulla vero sententia, tam nuda posita, vinxim huc occurrit, ut propositum et decretum tantum significet.

(26) Ex decreto Iohannes fecit ipsam rem? potius ex posteriori hac scriptura,
ille antiquior sermo Iesu debet explicari.



locum habet. Non pertinet ὁ λόγος in istum ordinem substantiarum, quae sunt post summam naturam, tempore et dignitate metiendarum et diuisarum; est eiusdem summae naturae particeps, patris igitur μονογενής⁽²⁷⁾. Hunc solum pater solus produxit in se; ceteras substantias, quae sunt inferioris naturae, per hunc λόγον, itaque etiam, extra se, extra hanc summam naturam; itaque tantum de hoc filio, et λόγῳ dici potest, ὁ λόγος, θεός, οὐ πρός τὸν θεόν.⁽²⁸⁾ Igitur repetit Iohannes sententiam non nihil auctam; ita et duplice illa descriptione opus est, a) ὁ λόγος, εἰν αὐτῷ οὐ; b) et quia sic nihil, praeter deum erat, θεός οὐ πρός τὸν θεόν. Porro vero ceterarum rerum varii ordines, πάντα, omnia, scil. quorum est ea natura, ut sine inicio non sint, per hunc λόγον θεόν, iussu patris, condita fuerunt. Non opus esse videtur, ut vel paullum praeterea immoremur huic carminī, quod est clarissimum.

§. VII.

Iam breuiter reperemus et istam sententiam, v. 14, quae describit, post illam rerum extra deum omnium conditionem, qui deum

(27) Et si parum tutum est, nouas sententias nos reperiēre, quas nemo Apostolus praeiuit; tamen ex aliis locis hic collectis fere sic licet distribuere: ὁ θεός semper εστι, ὁ λόγος, ordine cogitandi, naturali enumeratione, naturae etiam, ut quidam scholastici dixerant, i. e. γενηθεῖς, productus, οὐ πρός τὸν θεόν. Hic nullum initium existentiae, quia virtutum subiectum tempore caret. Cetera omnia, nec semper sunt, nec erant; sed fiebant, sunt, facta sunt, sunt.

(28) Recte iam plures alii attulerunt, i. Ioh. I, 2. vitam aeternam, quae οὐ πρός τὸν θεόν, Ioh. II, 1. habemus apud patrem, πρός τὸν πατέρα, Ιησού χριστόν, ut adeo vitro errant, qui λόγον εἰν τῷ θεῷ, ipsum τὸν θεόν, λόγον non parentem, hic descripserunt. Λόγος τε θεός, sive σοφία, νοετός τε θεός, non dici potest εἶναι πρός τὸν θεόν, nec enim ipse θεός λόγος, μονογενής, caret ratione et νοετό. Significatio illa ὁ λόγος, pro hypostasi diversa, est certissima, licet non sit certum, vtrum a Iudeis gracie habuerint Platonici, an issi a Platonici; in vlo fuit nomen iam ante Iohannem, sicut forte et illud μονογενής, sed rem et notionem Iohannes sic informauit, ut iam senseret istam humiliorem aliorum cogitandi consuetudinem. Origenes libro VI. contra Celum ex Platonis epistola 7. affert, λόγον, dicit ei αὐτός λόγον esse illud Iohannis, ὁ λόγος σαρξ ἐγένετο. Itaque et libro V. contradicit Celso, n. 24, qui dixerat, deum esse λόγον τῶν πάντων. Κατὰ δὲ ήμερος, οὐ μός αὐτος, de quo philosophantes dicimus, εἰν αὐτῷ οὐ ὁ λόγος, et λόγος erat apud deum.



deum se sic ostendit, quae *conditio initium rerum fecit*, extra deum: auctore illo λόγῳ; res iam hominum causa gestas per eundem λόγον. Postquam enim rerum ceterarum omnium conditionem per λόγον, affirmauerat, v. 3, iam praecipue de cura et prouidentia in homines agit, v. 4 seqq. 1) Quod attinet ad spirituales naturas, quarum vita et duratio est sine fine, idem ille λόγος omnis vitae et felicitatis fons erat; (29) 2) itaque, cum homines, per λόγον conditi λογικοί, praecipue etiam vitae perpetuae, quae vi mentis constat, participes essent, eriam hominibus luminis et institutionis salubris (30) beneficium praefare volebat. Nempe homines, post lapsum, ut loqui solemus, in istis tenebris iam versantes, Iohannes occupat. Hic, si liceret nobis per istam breuitatem, multa colligere possemus ex antiquis scriptoribus, quae ad λογικην prouinciam huius αὐτοτελείας, ut loqui solent, pertinent; vita enim νοερων ἔτιων mentis vi et λογικην δυναμεi continentur. Patri solebant τοῖς εἰσι et caussam eius, ratione omnium ἀντων, tribuere; filio vero illam λογικην prouinciam, et spiritui sancto την ἡθουν, τελειωτικην. (31) Sed ista iam sunt a nostro institu-

C 3

to

(29) Εν αὐτῷ ζων ἦν, omnis vitae vis, quae inest aliis ἔσταις, in ipso erat. Nempe pater, αὐτοφερός, dedit filio, vitam habere in se ipso, et per hunc aliis ἔσταις νοερας confertur.

(30) ἐν τῷ Φῶς τῶν αὐτοφερόν, scil. inde a conditis hominibus; το λογικού hominibus lucis instar praefuerit; itaque, cum in ἀλογικαν cecidissent, opus erat hoc nouo instituto, ut ὁ λόγος homo nos reduceret ad vnum salubrem rationis sic tanatae. Talia multa in vetustis scriptoribus leguntur; quibus colligidimus nos iam operari dare non licet. Eius generis quaedam ex Photii bibliotheca, cod. 222, excerptimus, in selectis capitibus histor. eccles. tom. I. pag. 416, ex Iobio, monacho. Redit certe nobis το λογικον in suo vnu meliori, et vera sapientia, si hac omni historia Christi recte vtimur, atque sic ex tenebris in regnum lucis restituimur, etc.

(31) Filius est λόγος patris, οὐ κατὰ μετοχήν — sed est αὐτοσοφία, αὐτολογίας, αὐτοφερός, αὐτοτελεία, Athanasi in λογίῳ κατά ελληνῶν, v. 46. Dubitare tamen auffus sum, utrum sit ista scriptio Athanasi, in prolegomenis ad tertium tomum theol. polemicae Baumgartenniana pag. 104. nota 171. Illa vero distinctio oeconomiae personarum, qua patri deo debent omnia et omnes homines, existentiam; Filio vero, emendationem intellectus, (vt sunt christiani) spiritui sancto, perfectionem voluntatis, (vt sunt πνευματικοί,) apud Athanasium exstat tomo I. operum parte 2, pag. 973. edit. Montfauc. Participationem sui vniuersis λογικοί innuibileiter praebuit, Orig. περὶ ἀρχῶν, lib. 2, cap. 6. n. 3. etc.



to aliena, licet facile sic pateat, μικρὸν δοκεῖ informatam fuisse τῶν τερπων, patris, filii et spiritus sancti. Iam 3) hanc peculiarem provinciam describit v. 5. iraque fungi coepit ille λόγος hac ipsi propria prouincia, et luminis vicem praestare hominibus in caligine crassa agentibus. Σποτια, est vocabulum iam diu satis visitatum, ad significandum illum statum infelicem, qui ignoratione et negligentia dei constat. Sed tanta fuit vis tenebrarum, tanta fuit hominum prauitas et caecitas, ut huius luminis, sic ista ratione ipsis inferuentis beneficium, non potuerint satis utiliter admittere. Iraque, v. 6. aliter rem instituit deus, et missò illo ad Iudeos istos Iohanne, studiosissime admoneri atque inuitari ad nouum, quod instituit, beneficium iussit. (32) Ille enim, v. 7. non defuit ministerio huic; diligenter commendauit hunc salubris et veri luminis auctorem; ut, cum appareret Christus, omnes, per ipsum iam admoniti, eo facilius Christo omnem auctoritatem et fidem tribuerent. Minime enim, v. 8., ille Iohannes ipse fuit (33) ille a deo destinatus doctor, et Messias, (v. 20. cap. 3, 2.) Commendauit autem Iohannes diligenter hunc dei filium, αὐτοφως. Fuit enim hic perfectissimum, sumnum lumen, verae atque perfectissimae institutionis auctor, cuius be-

(32) Sic sensum versus 5. putamus accuratius posse describi; ut indicetur, esse quidem in hominibus λόγον, et luminis aliquod instar, sed tantum esse corruptionem hominum, ut vt et frui ista luminis mensura non possint. Ideo, ut ex isto regno et legi tenebrarum homines deus eriperet, instituisse hunc salubrem ordinem, ut λόγος ipse homo homines iam ex ista infelicitate liberaret. Sic fere Calvinus (libro II. institut. cap. 2.) et quidam alii explicarent; sed alii, atque ex recentioribus eiusam Henricianus, reiecerunt illam expositionem, tracta ista sententia tantum ad Iudeos. Parum recte vero id fieri, facile patet, ex praecedenti, νῦ τῷ Φως τῶν ἀνθρώπων, ἐν τῷ σποτιᾳ (i. in hominibus tenebrarum novo regno oppresis) Φῶναι, inde ab orbe condito, variis modis; sed tam remoto quasi, ut attingere et se emergere ad istud lumen arripiendum homines non potuerint. Καταχρεύσαντες aliquoties Irenaeus lib. I. cap. 4. sic ponit, in descriptione opinionum Gnosticarum. Rom. 9, 30. possit conferri, τὰ εἴδη κατελάθε δικαιοσύνη, nanciscuntur, εὐθύτες, εἰς δια. In paraphrasi Iohannis tomo I. pag. 9. diligentius expressus est hic locus. Φῶναι, e longinquuo.

(33) In illa paraphrasi iam notatum fuit, aduersus Iohannis discipulos vindicari praecipue Iesum, qui sciundam societatem quandam continuabant; forte et isti olim δεκτοὶ ad illam pertinent.

beneficium ad omnes omnino homines pertinet, (non ad solos Iudeos illos, ram ingratos,) postquam inter homines homo, iussu patris, versari coepit, (Ioh. III, 19. cap. XII, 46.) Vera autem est illa historia, v. 10. quod in mundo hoc corporeo, hominem, inter homines, versatum audistis: (et vehementer falluntur, qui negant Christum *in carne venisse*, (34) *σωματικῶς*). Namque hoc vniuersum, quod mundum nominare solemus, fuit per ipsum conditum; (itaque fuit eius etiam propria prouincia, ut saluti hominum ipse vel inusitato modo prospiceret.) Sed plerique isti homines, quos inter vixit, eum et omne eius beneficium reiecerunt; v. 11, quod eo est indignius factum, cum in propria, eo inusitato modo venerit; natus (35) enim est Iudeus inter Iudeos, sanguine adeo cognatos; sed illi ipsi, qui ratione hac possunt eius esse *idiotae*, primi eum reiecerunt. Neque vero plures alii defuerunt, v. 12, qui eius auctoritatem omnem admirerunt, fidem suam ipsi deo, atque familiae nouae diuinae capit, habuerunt; his autem omnibus, pro ista, qua pollet diuina auctoritate, hoc ius filiorum dei, multo digniorum, quam Iudei se solent iactare, imperiuit. Sunt vero sic tales filii (36), qui per eum ex deo ipso, spirituali noua vita aucti, procreatique dici possunt; non eius minoris ominis, sicut Iudei originem ex Abrahamo et Patriarchis, per sanguinis et matrimonii iura, solent repetere, atque sic ceteros omnes homines contemnere. Haec sic breuiter illustrauimus.

§. VIII.

Jam sequitur hoc praeclarum carmen, quod aliis multis sententiis illustrandis maxime inferuit; eius illas sententias paulo di-

(34) Talia carmina in prima epistola Ioannis aliquoties repetuntur, (etiam Epistola secunda, 7.) aduersus eos, qui *πνευμα* tantum faciebant Christum, et negabant humanam veram naturam. Itaque et Ioannes sub Euangeli finem omnia coniungit documenta, mortis, sepulcrorum, et humanae redditae vitae.

(35) οὐδέ scil. *ἐν σώματι*, vt in epistolis addit; *εἰς τὰ ἴδια* Paulus ideo desipit, *natus est ex muliere*, legi enim iudaicae subiectus, Galat. 4. Particeps omnino factus est carnis et sanguinis, vi alii, qui nascuntur, Hebr. 2.

(36) Clarissime imitatur Paulus, Galat. 4: *vt nos nancisceremus vīctōrēs*, atque hanc filiorum dei ideam saepe idem repetit atque eximie commendat.



diligentius explicabimus. I. Καὶ ὁ λόγος σαρξ ἐγένετο. *In modo vero* putamus illud *καὶ* optime describi. Ne sic intelligatis, quasi repente (37) apparuisse inter homines, vt narrari solent Angelorum apparitiones repentinae et per parua momenta temporis: porro definio, hic ille λόγος, θεός, homo factus, homo natus est, vt nascendo et crescendo illa infantum aetas distingui ab illis potest, qui praesentes intersunt. (38) Confirmo illam vulgatam narrationem, quae de nato Iesu inter Iudeos, (ex matre, cap. 2, 3. cap. 19, 21. muliere, sine patre, praeter matrimonii ordinem, vt talem futurum hominem decebat,) iam inter vos, audiri solet. Errant et fallunt, qui hoc negant. Vix videtur opus esse, vt pluribus confirmemus, σαρξ ἐγένετο idem esse, ac αὐθεντός, ἐνσάρκωσιν, ἐνανθρωπίην, Iudaici christiani eodem omni, sine discrimine dicebant, non ignari, quod Christus ipse αὐθεντός, se dixerit, Ioh. VIII, 40. etiam ψυχὴν sibi tribuerit, et moriturus πνευμα commendauerit patri; mortuum etiam sepultumque fuisse. Alii vero, qui hebraismi, σαρξ, σαρξ καὶ αἷμα, ignari fuerunt, graece aut latine interpretati hanc sententiam, Θεογένη, loco ψυχῆς et πνευμάτος hanc carnem, hoc corpus, agitasse. (39) Itaque scimus, ἐνσάρκωσιν Arianos dixisse, ἐνανθρωπην vero negasse, at sci-

(37) Sic *Tertullianus* Marcioni tribuit, quod statuerit: repente apparuisse de super Christum; quasi eum puderet cunaram etc.

(38) Apostolorum nemo ipse inter nato Iesu, quia nondum erant Apostoli aut discipuli; matrem vero Mariam ipse Iohannes nominat; atque videtur iam olim locum habuisse exemplarum, Matthaei et Lucae, quaedam varietas; auctiora ab initio haberunt catholicæ; alii, vt Marcus, narrationem tantum a baptismo repetebant; a tempore non potest repeti illa dineritas. Eodem tempore iam exsisterunt diuersae narrationes; itaque multam certo sciebant natum Iesum, vt matrimonii ordine solito natum putarent, hominem, λόγον θεόν adhuc ignorantes. *Natum ex muliere*, infantis ordine et more, confirmat Iohannes et Paulus; licet historiae ceterae nihil narrent; insisto autem et novo modo natum fuisse simul confirmant, quia prouinciam humana maiorem ei tribuunt, et dei filium illum, μαρτύρην, ιδίους, πρωτότοκον παῖς κτίσεως descubunt.

(39) Notissimum est iis, qui vel leviter scriptores antiquiores legerunt, etiam illos, quos solemus distinguere ab Arianis, non raro parum accurate loqui; qui viam fecerunt variis notis disputationibus, quas hic recensere non licet.

que huius notionis diuisae partem postea etiam Apollinaris retinuit. Hanc rem, cum fieret, dicere solebant iam priisci quidam, naturarum duarum *vniōnēm*; cum facta esset, statum illum *vniōnēm* nominarunt, et postea porro de vniōnis huius effectibus, et nouis iungendarum propositionum ominibus, quae huius θεωρίας nouam hanc notionem informarent, tractarunt; sed illa res iam a nobis non agitur, qui diuersae atque distinctae vtriusque in hoc Iesu, Christo, naturae veram demonstrationem et confirmationem hic suscepimus. Theologorum ista est alea, cuius medicina tantum rudimenta ceteris christianis sufficiunt, qui pares non sunt discendis tot nouis et rebus et vocabulis, quibus modum *vniōnis* aduersus falsas atque absurdas rei imagines Theologi defendunt. Res inusitata et diuina, inusitato atque diuino modo effecta est; fidei probae sufficit, deum, filium dei, effecisse hoc, quomodo optime efficere potuit. (40)

II. *Kai ἐστηνωτεν ἐν ἡμῖν.* Etsi ex nobis, quos Apostolos postea demum elegit, postquam annos fere XXX. vixerat cum Maria et eius cognatis, interesse nulli potuerunt ei rei, quam comodum confirmavi, λογος hunc hominem inter Iudeos (Bethlehem,) natum: tamen eam rem (postea Spiritu S. aucti) (41) fatis certo scimus. Ipsum vero hunc sic natum hominem λογος, vitae nostrae sicut per aliquid tempus habuimus; itaque longe magis nobis credere homines debent, quam ists, qui vltro et de suo narrare audent, quod sibi fingunt. Quod illud ἐν ἡμῖν quidam patres sic interpretantur (42), *in humana natura*, videtur et re-

(40) Plura ex commentatione tomo III. Baumgarteniana praemissa atque ex *selectis historiis ecclesiasticis capitibus*, tomo I. seculi 5. 6. facile possunt colligi. Mirum non est, post varia denun opinandi et loquendi quasi experimenta, viuiores formulas repertas fuisse; sed et vix paucis harum opus est ceteris christianis, ad christianissimum ingenuum.

(41) Hinc omnino repetenda est, omnis illa cognitione, sicut ipse Christus promiserat, fore, ut per Spiritum S. de omnibus ad ipsum pertinentibus, melius edocerentur. *Ἐκ τῆς ἁγίας ληψεως, καὶ ἀναγγελει ὑμῖν.* Sic et Paulus omnia refert ad ἀποκλυψιν, Galat. I.

(42) Notatum est in *selectis capitibus historiis ecclesiasticis* tomo I. pag. 429, ex Eulogio: Iohannem, Antiochenum, et Paulum, emisenum hoc, στοχ-



rei ipsi, et phrasi esse contrarium. Nec enim ὁ λόγος, in multis hominibus, in omnibus nobis, isto modo habitauit; aliter, omnes etiam homines cognoverant idem, quod apostolus hic dicit, ἐθεασμένα etc.; sed in natura humana illa, quae unum hominem, non multos, efficit. Non ignoramus etiam *Cyrillum* alex. et alios φυσικού humanam την καθ' ὅλην hic sibi fingere, quia physicos effectus ad omnes homines pertinentes sic putabant facilius informari; sed illa idea redemptionis omnium hominum, non praecipue repetenda est a physica operatione in humanitatem, την καθ' ὅλην, sine concreto spectatam.

III. *Kατ' ἐθεασμένην την δοξαν αὐτοῦ, itaque,* intelligetis, nos accurati perspexisse, didicisse, illam diuinam maiestatem, quae ei inerat. *Ἐθεασμένη* non tantum significat, oculis visus pauiimus, sed didicimus omni modo, adhibitis perspiciendi arte considerandi adiumentis. (43) Est autem δοξα αὐτοῦ, ipse illa virtutur domestica et propria, quia est ille μονογενής. A patre habuit aeternum; eam sensim monstrauit nobis, per omne illud temporis spatum, quod eius nobiscum actam vitam, mortem, resurrectionem a mortuis, atque donationem spiritus sancti, nobis promissam atque praestitam, complectitur. Hic antiquissimi doctores, et praecipue *Leo* ille romanus in celeberrima epistola ad Flauianum, vim istam *miraculorum*, quo nomine breuitatis causa vtimur, definit, esse ipsam vim diuinam illam unicam, quae sic est filii, quia a patre aeternum illam habet, atque sic porro solent explicare; (44) illa ἐνεργεία vero istam finitam ἐνεργείαν non

su-

νωτεν εν ήννῳ, accepisse, quasi interpretationem τοῦ, σαρξ ἐγένετο, atque pag. 416, ex Iobio, Christus suscepit φυσιν nostram, καὶ ἐπικυνουσεν εν ηννῳ. Talis plura in *Cyrilli* scriptoribus occurunt, quae φυσιν humanam την καθ' ὅλην describunt; vid. secundi f. cap. 6. Ex isto tempore iam licet repeteret illam diuinam disciplinam *Realium* et *Nominalium*; Platonicorum christianorum et Aristotelicorum.

(43) Add. i Ioan. I, 1. vbi praeter ἑωρακεν porro additur, ἐθεασμένη. Vti Matth. XI, 7, exire in desertum Θεαστῶν, isto consilio et proposito. Cap. XXII, Θεαστῶν coniuncti. Arque hic cap. I, 32.

(44) Ex miraculorum illo iure atque ordine deriuare solent argumentum nouum pro diuinitate Christi; nempe si cogitando additur illud discrimen originis et πτυχεών aeternae; aliter enim non licet colligere diuinitatem illius propriam, qui miracula effect.

fustulit, quae humanae naturae tam est propria, quam illa infinita est diuinae. Hic Monotheletarum illa causa nouis aliis formulis locum fecit, quarum est similis indoles, ut parcere imperitoribus debeant illi, qui sunt harum descriptionum peritissimi, quibus tamen non sit, ut christianismi vim aliam, maiorem, facilioriem ipsi experiantur, quam isti inferiores.

IV. Δοξαν, ὡς μονογενεῖς παρὰ πατέρος. Liceat forte distinctius explere, δοξαν, την ἀληθινὴν τε μονογενεῖς, την παρὰ τε πατέρος δια την αὐτην ἐστίν, αὐτῷ δεδομένην. Unicum simul describit nomen μονογενεῖς, quod, praeter auctoritatem των 70, Homeri et aliorum testimonii satis clarum est. Illa δοξα, diuinitas, sic est patris, ut non habeat παρὰ τίνος, (45) hic autem μονογενεῖς eam diuinitatem habet παρὰ τε πατέρος, οἷος τοῦ Θεοῦ, atque per hanc δοξαν, ipse ὁ Θεός. Hanc δοξαν perspicere sensim licuit his discipulis; accuratius tandem per spiritum sanctum edocti fuerunt; de isto spiritu ipse Christus promiserat, ἐν τε ἐψ., (ἐν της δοξας, quam habui apud patrem, ante omnes res conditas.) ληψέτω, καὶ θίναγγελει ὑμαν. (46) Nec enim inde ab initio histeria Christi, statim innotuerat, eius diuinitas; quod et antiquiores theologi definiunt, et recentiorum non pauci (47). Itaque antiquiores οἰκονομοὺς hanc humanae huius sic actae virtae, distinguunt a Θεολογίᾳ filii.

V.

(45) Itaque αὐτοθεούς veteres patrem dixerunt, uti πηγήν, αἵτιον, ἀρχήν, in hac relatione ad filium λέγον.

(46) Expositum est alibi, parum recte fecisse istos scriptores, veteres recentioresque, qui hanc sententiam eam in rem traxerunt, ut describatur, spiritum sanctum *a filio* procedere. Vid. Programma in Ioh. XVI, 12—13. Halae 1758. Mirum est hunc locum tam longo tempore a tam multis scriptoribus eam in rem detortum fuisse, etiam Aegid. Hunnius multis e nobis praeiuit istam negligentiam hermeneuticam; absit tamen verbo inuidia.

(47) Erasmus sub finem praefationis ad paraphrasin huius Euangelli: superiores Euangelistae (nempe sequitur illam sententiam, tria Euangelia praecessisse hoc;) de diuinitate domini Iesu pene nihil attigerant. Nam hanc opinor esse sapientiam, quam Paulus loquebatur *inter perfectos*, (1 Cor. 2, 6.) *inter ceteros* nihil se scire profens, nisi Iesum Christum, et hunc crucifixum. Forte nondum cerebat tempus, tam ineffabile mysterium *vulgo litteris prodere* etc. Ipsa illa expositio 1 Cor. 2, quam hic designat Erasmus,



V. Πληνες (scil. ων, ὁ λογος) χαρτος και αληθειας, cohaeret cum εσκηνωσετε εν ιησυ. Inter nos verlatus, ostendit se χαρτος et αληθεια fontem atque auctorem. Ut alibi dicitur, πνευματος αγιας πληνες, Luc. IV, 1. ostendit pluribus eius rei documentis diuinam munericis lui auctoritatem; vt de Stephano, Acto. VI, 8, qui τεργατος et σημειος efficiebat, dicitur, quod hac ratione se se offendereit πληνη πισεως (48), και δυναμεως, atque Acto. XIII, 10. Elymas aliquis, quia operam dederat, ut auerteret proconsulem a proposito christiano, dicitur πληνη δολες και εχθρεγματα. Ista autem nomina χριστος et αληθεια summam quasi prouinciae illius constituant, quam Christus suscepferat; gratiae et fauoris dei vniuersalis, homines omnes, si in ipsum credant, per se ipsum fecit participes (49). Itaque, quia est πληνη χαρτος, spondet et imperit gratiam, dicitur semper χριστος τε και παντας Ιησος χριστος. Huius, qua ad omnes omnino homines pertinet, qua superiora peccata certo omnia hominibus donantur, et noua cauentur, hic solus fons

mus, parum vera est. Statuit adhuc Gabriel Biel et alii, ignorasse etiam Martham etc. diuinitatem Iesu. Porro addit Erasmus, veteres praecipue ηθια tractasse, rarius et parcus talia mysteria; nempe ante symbolum perceptum. Tum enim vel ex Plinii epistola scimus, christianos per omnes Synaxes Carmen cecinisse Christo deo. Forte ex hoc capite Iohannis; quod postea solebat Missae semper addi; sic et debebat haud dubie legi, in illa oratione (apud Mabillon. in Liturgia gallicana pag. 451. in appendice probacionum;) verbum patris, quod cum factum es, vt habitares in nobis etc. legi debebat, caro factum es; et mirum est Mabillonum hoc non correxisse. Hic in nobis similiter ponitur, vt supra (nota 42.) illustrabamus. Alter certe vix exponi potest, quoniam carmine christiani in synaxesi Christum deum cecinerint; nec superunt vestigia aliorum carnarium sollemniuum.

(48) Solet in nostris codicibus graecis fere legi, πληνη πισεως και δυναμεως. Multi graci libri, veteres plures versiones, et scriptores, excitant, πληνη χαρτος και δυναμεως, unus codex graecus addit, και πνευματος αγιας. Nos audiens statuere, compendium litterarum postulisti legi πισεως et πνευματος, atque hoc capite 7, 55. legitur πνευματος αγιας, vbi alii codices et quedam versiones legunt πισεως. Και πνευματος αγιας. Πληνη πισεως alibi numquam dicitur.

(49) Bene Cruciger, in enarratione huius Euangeli tomo III. operum Melanchthonis, — lex est doctrina insita mentibus humanis — quae etiam post lapsum non plane extincta est — haec notitia postea in decalogo renovata est — sed ratio humana sine promissione diuina, (i. noua institutione,

re-

fons et auctor est. (50) Diuersissima igitur est haec prouincia ab illa Mosis, ut postea Iohannes addit, v. 17. Sic et ἀληθεαν, quam Paulus tam studiose celebrat, melioris cognitionis originem, atque nanciscendas et conseruandas χριστος ordinem, debemus huic Christo; qui ipse docuit deum adorare εν πνευματι και αληθεια, Ioh. IV, 23, 24. qui per suam doctrinam, Ioh. VIII, 31. 32. hanc αληθειαν sic commendauit, vt homines tandem eam perspicere, eiusque vim experti liberari vere possint ab ista peccandi et improbe agendi dira consuetudine. Itaque ipse se αληθειαν dixit, vt ζωη, εδω, cap. XIV, 6. i. e. eius auctorem, δι' ου, per quem, si ei per fidem obsequiamur, ad patrem et nobis venire, eiisque consiliis atque decretis salubribus vti fruique contingit. Haec χριστος atque αληθεια describit simul accurate Iudaismum atque Ethnicismum, ab opposito; (51) Iudei huius omnis fauorem dei, qui ad

D. 3

omnes

reuelatione peculiari, profrus ignorat voluntatem dei, *de remissione peccatorum gratuita, et restituitione vitae aeternae.* Ita omnino sunt vera et praecipua τερψηα and decora christiana religionis. Haec prouincia Christum clarissime distinguit ab omnibus religionum nouarum statoribus; atque ipsa hac indole, quod ad omnes homines felicitas et mentis sanitas propria porrigitur, diuinam originem suam vnicce commendat. Hominum omnium causa deum inuisitatum beneficium informasse, facile creditur.

(50) Hanc gratiam Iesu Christi Paulus praecipue concelebrat, atque ea in re pulcherrime cum hoc carmine consentit. Χριστος pertinet ad peccatorum omnium veniam, cuius fidem facit inuisitata atque summa hanc auctoritas; αληθεια, fortissime obstat peccatorum nouae consuetudini. Haec est igitur summa christianitati; o quam facilis, et diuino auctore digna!

(51) De Iudaismo ignavi viuo, res est clarissima; falsa imagine fauoris dei in suum populum solent duci, atque deum ipsum ignorant, cuius praecipuus character benefaciendo et proficiendo hominibus informatur. Ethnicismo αληθεια, perfectione et castior rerum diuinarum cognitio, praecipue opponenda erat; nec enim Iudaicam istam disciplinam pati et ferre poterant alii homines, qui non adiutari erant inde a pueris tam ineptis et vanis opinionibus, quae deum vni genti quasi proprium addicebant. Sic vero et alii homines discebant pestiferam illam peccatorum, quibus dediti erant, indolem et naturam. Haec dei, vt bonus et sanctus est, vera et vita cognitione, per interuenientem Christum temperata atque commendata: vitae aeternae facit omnes homines particeps. Hanc vero rem, tam ingentem, tam deo dignam, procurasse deum inuisitato atque hominibus incognito modo: illi omnes facile credunt, qui vim et virtutem diuinam in vera cognitione sui experuntur. Aliis, ferocioribus atque pertinacibus animis illas res, quas deus per Christum gesit, persuadere: difficillimum est.



omnes homines pariter extendatur, si obsequantur institutis Messiae, vltro negant atque proiiciunt; quia semen illud Abrahae parum recte informant; itaque nec meliorem cognitionem admittunt, quae illam dei benignitatem sic per Christum, (Messiam) promittit, vt omnes homines ius idem filiorum dei nancisci possint. Hac noua mutatione Iudei non credunt ipsis opus esse; itaque et addidit scriptor: ex Mosis ista lege talem diuinarum rerum ordinem non posse addisci.

Iam per totum hunc libellum scriptor id maxime demonstrat, hunc Messiam docuisse 1) fauorem dei pertinere *ad omnes homines*, sublato particularismo illo Iudaico, Cap. III, 16; hunc agni *instar* subire, pro auferendis horum omnibus peccatis; his sic sublati *vnam omnium hominum*, mente similiter *purgatorum*, coire posse *societatem*. (52) 2) Opus igitur esse noua conditione quasi ad conuertendum hominis ingenium. Hoc doctrinae tam salubre argumentum plures sermones Christi illustrant; ex quibus recte admissis colligitur tandem viua cognitio et *dei et filii*, Λογις, μνογενεστ.

§. IX.

Iam, ante quam ad *partem alteram* scriptionis accedamus, quae Pauli eandem hanc *Θεολογίαν* de Christo continet: videtur operae pretium esse, vt breuiter recentiora illa aduersariorum praesidia commemoremus et refutemus, quibus putant satis bene se efficere istam, quam sequuntur longe humiliore*την Θεολογίαν*, quae aeternum existentem cum deo patre filium negat. Eligimus ei rei *Emlynus*, (53) qui et recentissimus et eruditior alius scriptor est. Abutitur autem *Emlynus* illa opportunitate, quod vel theologorum quidam parum diligenter describere solent illam rem, *descendi de caelo*, et veni in mundum; *gloriam* mihi tribue, quam habui apud te, ante istum humilem statum; atque exagitat istas

(52) Hinc repetendas sunt illustrationes *ecclesiae*, quam praecepit Paulus tam diligenter describit atque commendat.

(53) A Collection of Tracts, Volume I. containing I. an humble Inquiry in to the scripture — Account of Jesus Christ. etc. London 1731. 8. p. 6. IV. A Vindication of Doctor *Fowler*, Bishop of Gloucester, against Dr. *Sherlok*, pag. 178 seqq.

istas inanes sententias, descendit *de throno* diuinitatis, ad nos etc. Hic primum nos quidem non diffitemur, fuisse non paucos, qui rhetorum potius more et iure egerint, quam doctorum peritiorum officio functi sunt; nec ea declamationis fortioris vis semper est atque omnino reiicienda, quod ad populum attinet; sed non debebat rei aliquis commodus ordo et modus in explicando negligi. Hic fatebatur *Sherlokianus* cum aliis, fieri non posse, ut *diuinae naturae* particeps aliquis de loco in locum *venire* possit, quia infinitas eius naturae inferat praesentiam ad omnem locum; itaque, ut ne parum probabilem expositionem commendarent, recupererunt quidam *praexsistente* cum deo, in maiori gloria animam Christi, quam fuit illo in statu vitae humanae. Sed ista quidem expositio nulla ratione potest persuaderi, si quis patiatur auctoritatem nostri Euangeli, et Pauli; nec tamen nos statuimus, per doctrinam *de unione duarum in Iesu Christo naturarum, contradictionis* vtrumque terminum bene coniungi; ista enim *concilia-tio contradictionum* facillime potuit ab *Emylo* vehementissime exagitari. (54) Is non male comparat, hac ratione recte excusandos esse patronos *transubstantiationis*. Mirum sane est eruditissimos viros amare eius generis paradoxam: fidem de Iesu Christo esse eius

(54) pag. 180. But if this be the real case, that I must *reconcile contradiction*, before I can have any rational account of the Love of Iesu C. in coming down into this world: I think christianity will not gain much credit by such Explications and *Solutions*, any more than by such Aassertions as that remarkable — that this Faith in Relation to the Person of Iesus C. is such, *that, as he says, were it not so to be ad or'd as a Mystery, it would be exploded as a contradiction*. A fine Issue of the controversy! Nempe non defunt similes aliorum sententiarum; vt veterum quasdam non repetamus, *Robertus Hotkor* (de trinit. I. quaest. 5.) dixit: non est inconveniens, quod Logica naturalis deficit in his, quae fidei sunt. — Philosophi non viderunt rem esse vnam et tres — — de Christo oportet habere Logicam singularem, quod ibi de eodem supposito oporteat concedi *contradicitoria* cum specificatione duerarum naturarum. Reste tamen addit R. *Baxter* pag. 93: non tamen ideo cum quibusdam clara de Trinitate negabo, quia clara sunt; neque argendum iudico: trinitatis doctrina mysterium est; hoc non est mysterium, ergo non est vera trinitatis doctrina. Satis enim abscondita nobis manebit, etiam si nihil certum de ea abiiciamus. Nempe nobis recte proponimus, est mysterium; itaque limites non transfilierimus; sed alii non potest opponi, qui nondum admittunt doctrinam,



eius modi, vt, nisi adoretur tamquam mysterium, explodenda omnino esset, tamquam contradic^{tio}.

§. X.

Sed, et si istas descriptiones minime sic amamus, vt iis vnicam et optimam doctrinae imaginem ad omnes christianos commendari statuamus: tamen nec *Emlyn* concedimus, iure praecipuo ipsum diccedere sic ab aliorum christianorum sententia, vt diuinitatem Christi talem informarit, quae nomine nitatur, sine omni aeterno atque sine vero naturae sempiternae charactere. Res enim haec agitur, vtrum Iohannes descripsit talem filium μονογενη, et λογον, qui cum aeterno deo patre semper fuerit, aeternus patris filius? (55) Hoc debent lectores, ex narratione Iohannis ipsi dijudicare atque arbitrari; vti verum est, *nemo vidit*, ante doctrinam Christi et Apostolorum, *deum*; sic nec nos, post illud tempus, ipsi scimus deo aliquid accuratius, *quod opponamus ei sensui*, quem deus hominibus exposuit et prodidit, ad perspicuum diuinum ordinem τοντης perfectae. Parum studiose et caste igitur interpretantur isti, qui εν αγχη, trahunt ad initium

(55) Antiquissimi theologi, et ex mediis, recentioribusque non pauci, non nihil adiuuant rei notionem, cum tres ordines quasi rerum et perfectionum informant, tribus personis essentiali iure atque pari diuilibus; patri tribuant rerum υπαρξην; filio λογον, producant παρων την λογινην εστιν, spiritui sancto τελεσιον omnium λογιον. Tres igitur υποστασις, pro modo succedentis manifestationis, distinxerunt christiani doctores, pari tamen aeternitate seruata; quia deo, in se spectato, aeternum competit trium realitatum distinctiarum sive actioni. Est αιτιος των ειναι, sic patrem distinguunt vestitiores ecclesiastici, vt sit τον οντων, δι επι παντων θεος, εξ ου τα παντα, non eodem tamen iure. Filio, vt δι αυτων τα παντα, vnde colligimus notionem τω λογον, quem omnibus in persum et per omnia διμοντα solebant antiquiores describere; spiritum sanctum, εν ου τα παντα summan perfectionem nanciscuntur. Haec illustratio videtur omnino, si ad modum cogitandi attendimus, subordinationem inoluere; sed non possumus certi esse de eo, nostrum mundum cogitandi attingere et occupare summi entis εστιν. Quicquid est dei ipsius, illud est eiusdem εστις infinitae, atque sic extra limites et terminos; μονογενης et πνευμα est dei; ergo est extra limites; ergo non debet filius et spiritus sanctus per subordinationem describi, quae est significatio subiecti finiti. Igitur caute et timide hic agendum est christianis, ne extra scripturae auctoritatem aliquid theologiae addiciamus, quod sit minus deo dignum, et parum ad nos certum.

rium Euangelli, ut ne intelligant et patiantur, propositionem nostram, inauditam antea: *Deos in regnos regnorum Deorum*. Etsi enim verum est, nomen *Deos* in scriptura diuerso omniere reperiri; (56) describere summum deum, et designare etiam minores alios, qui sunt participes auctoritatis et potestatis similis ei, quae est summi dei: tamen illa minor significatio facile distinguitur, quia occupat res aut substantias extra deum, *infra deum*, dei libero decreto productas. Iohannes vero hoc idem subiectum diligenter designat, *quod simul cum deo*, qui distinguitur per articulum, aut per nomen patris, *semper erat*; *quod in sinu illius dei seu patris semper erat*, iam ante res alias; iam cum ante res conditas nihil sit, praeter ens illud infinitum, sequitur, ut, si tamen dicat Iohannes, aliquem suisse *regnos regnorum Deorum*, *en tō κολπῷ τῶν πάτερων*, nos ipsi ultra addere distinctionis formulam minorem, non possumus, eo iure, ut doctrinæ publicæ vim et ordinem sic omnes homines reuereantur. (57) Christus ideo ad illud augmentum cognitionis tantum ablegavit, quod spiritu sancto auctore prodendum sit. Hoc significatu dixerunt theologi μυστηγοι, ut arcerent noua definiendi studia; sed inuidiae causa tantum diceret aliquis, *mysteriorum completi contradictionia*; talia numquam ecclesia confirmavit sua auctoritate publica; etsi priuata quorundam nimis feruentia studia forte eo fuerint impulsa. Quod autem λόγος, *Deos*, dicitur *venisse de caelo*, non alio dicitur omniere, quam quo in libris hebraicis testamento veteris talia deo scribuntur, more humano; significatur autem nouus arque inusitatus gradus ἐπεργειας, cuius documenta in loco hoc isto ab hominibus percipiebantur. *Iraque et ueroyens semper apud deum est et manet*, licet dicatur *venisse in mundum*, et *ex eis factus esse*.

§. XL.

Vixit autem *Emlynus* (18) ipsis potissimum argumentis.
I) Iesus Christus deum a se distinguit, Matth. XXVII. Ioh. XX, 17.

(56) Talia *Enlyn* colligit p. 34. etc; nec sunt noua
Eiusdem nominis p. 35.

(57) Finis et terminus perfectionum extra deum recentetur; tantorum existentia est circumscripta; *μονογενής* vero non est extra deum; quia tempus erat πρότερον τοῦ Θεοῦ, εἰ ταῦτα καλῶς illias. Nihil tamen rerum potest dici, nisi se semper apud deum. *Nemo videt deum;* habitat lucem ἀπόστολος, quo iure possimus sumere nobis, ut possit circumscribamus *μονογενῆς*.

(58) Nec ista sunt noua; plerique Sociniani iam ista obiecerant, existunt quoque



Ioh. VII, 17. Ita quidem collectio ex isto tempore antiquiori, cum nondum patefacta esset maiestas illa, quae per Spiritum S. demum declaranda erat, obstat non potest, accuratori (59) descriptioni huic, Ioh. I, 1. quae loco quidem prior occurrit iam in Evangelio; sed ratione temporis, quo accuratus Apostolus ipse didicit illam doctrinam perfectiorem et seriorem. Hac vna obseruatione possunt multae obiectiones facilime repellendi. II) Iesus ipse fatetur, supra se esse deum: Ioh. XIV, 28. X, 29. etc. Nempe similiter; isto tempore discipulis suis aliter describere se non potuit; reticuit, ut plura alia; vera autem est illa descriptio, licet vel ad ipsam diuinitatis communionem trahatur, de qua tamen tum discipuli non cogitabant; sed ea quidem ratione, ut sit aliud, qui nostro ordine cogitandi, sit fons et principium aliud, qui dicitur *μονογενης*. Hic deficiunt nostrae viuatae notiones: *maior*, *inferior*, intelligimus sic, ut sit gradus et discriminem perfectionum; sed in deo quicquid est, est sine gradibus; deus apud deum, distinguitur vterque sine gradu; ipsum enim discriminis omen et ius esse idem, ac est in rebus finitis, collatis ad deum, demonstrare nemo potest ex Iohanne aut Paulo, aut altunde. Edoeti pastea Apostoli per spiritum sanctum, nihil eius generis definierunt; θεος et δυναμις illa summa, est unica; gradus illius nuncupatiuae deitatis, semper distinguunt res finitas, a summo ente. Apostoli autem hunc θεον, λογον, μονογενην, αποτυπωμα της δοζης etc. semper sic describunt, ut nihil quicquam graduum ipsi definierint; quo iure homines nos audebimus definire? quem, ut Iohannes dixit a nemine umquam visum, aut omnino cognitum, ira Paulus monuit, φως οἰκεῖ ἀπόστολον. A modo igitur humano cogitandi, ad modum illum, quo deus est apud deum, deo non minor, si religiose agimus: non procedit collectio. (60) Quod autem *Emlynus* i Cor. XV. huc affert,

(59) Debeat omnino chronologis sermonum Christi seruari accuratius; Iohannis hoc clarum testimonium, cap. I, 1 seqq. tempore est posterius ponendum, post omnem vitam Christi humanam, in qua hominibus illis imperitis et vanis parendum fuit. Postquam ipsa historia Christi refutauit fallam imaginem Messiae, accessit perfectior descriprio totius personae, seu subiecti illius; rurum demum patefacta est haec doctrina, et theologia christiana, non vero ante. Itaque praeteraequum et iustum faciunt, qui ordinem institutionis negligunt.

(60) Ariani nimium omnino tribuerunt disciplinae cuidam graecorum Iudeorum,

fert, vbi de *provincie* Christi temporaria agitur, nihil facit, quod isto conatu (61) sit dignum. III. Iesum auertere et declinare infinitas istas perfectiones dei summi. *Omnipotentiam*, Ioh. V, 30. sed hic, ut saepissime alibi, Emlynus 1) aberrat a vera interpretatione. 2) Neglit discriimen *temporis*, quod indicauimus; plura, maiora, isto tempore Christus de christiana theologia non poterat tradere. *Summa bonitas*, Matth. XIX, 17; (62) istum *reprehendi* a Iesu, quod ipsum dixerit ἀγάθον; tres Evangelistas similiter scribere, nihil quicquam addentes ad accuratiorem explicationem, qua ipse Christus deus confirmetur. Sed isto profecto tempore vera ἀρχὴ filii nondum poterat intelligi ab hominibus; itaque non potest sic torqueri, cum Iesus, se deum *nondum prodere* voluerit, igitur eum non fuisse, deum, summa bonitate praeditum. *Loquitur ex concessis*. *Omniscientia*, Marci XIII, 32. sed eadem respondemus; ut *cincopœia* alibi locum habuit. Nos igitur statuimus, si temporis ordo serueretur, et illa studiosior *cincopœia* docto-
ris fidelis, facillime huius auctoritate carminis, Ioh. I, 1 seqq. istas

E 2

do

rum, cuius clara documenta sunt in isto *Philoni*; sic scriptores quidam, *Inflatus*, Tacianus, Eusebius etc. respexerunt ad τες εἰς, istis formulis, quae videbantur *Platonica* decreta confirmare; sed alter docentur christiani, alter adducunt philosophiae istius amatores. Inde etiam *Arianus* mutarunt omnem formulam *redemptionis*, et *corrigentias*, quam Christo debemus.

(61) Iure miramur, *Emlynus* quali arcem sue causae ex ista Pauli disputacione repeteret, quae tamen vanas istorum hominum opiniones de regno Messiae refelit; itaque minime agit, *de ea re*, quam Emlynus inde colligit; ex loco commido et clausico, ut est Ioh. I. Hebr. I. Coloss. I. etc. debebat colligere ea, quae veram descriptionem huius causae absoluunt. Pag. 7. Let me only add under this Head *that great Text*, so full of irresistible Evidence for proving an inferiority in the Son to his Father, 1 Cor. XV, 24 seqq. Nempe Paulus refutat falsam ideam *provinciae externae, transunitris*; quis haec transferat istum in locum, de diuinitate filii, ad patrem aequali an inaequali?

(62) Nostrum iam non est accuratus excutere eum locum; qui haud dubie *interpolatus* est, ab eruditis librariis. Nam, quod nos legimus, τι με λέγεις ἀγάθον, alii codices sic legunt, τι με ἐρωτας πέρι τε ἀγάθε; utriusque lectionis sensus est idem; sicut etiam fere aequalis utriusque auctoritas, si ad codices et translationes redimus. Sed forte tantum legebatur: τι, (sicl. quid ibi sit faciendum boni?) ἔστις ὁ γαθός etc. Bonum tantum a δέ (per me) discendum tibi est. Quod autem Iesus hic se non prodiit copiosiori descriptione, profecto sapientiae doctoris tribendum est; minime vero aliiquid iusti argumenti repeti inde potest, pro ista falsa et infirma doctrina, quae theologiam de Christo ex talibus locis informant.



omnes difficultates solui posse; et lectorem, qui sequatur eumdem doctrinæ ordinem, qui a minoribus processit ad maiora: post admissam emendationem salubrem, perspicere satis clara argumenta eius sententiae, quae deum, non quidem patrem, *et* Deo*v*, sed deum, qui aeternum erat cum deo patre, auctorem salubris cognitionis, isti homini per nouam atque inauditam *evagynac* iunctum, effecisse diuinam illam conuersiōnēm, qua homines omnes iam ad aeternam felicitatem diuinitus instaurari possunt.

PARS ALTERA.

VENERANDO KLEINIO,

MERITISSIMO APVD POSONIENSES CHRISTIANORVM
SACRORVM MINISTRO

FAVTORI LONGE HONORATISSIMO

S. P. D.

I O. SALOMO SEMLER.

Verboſissimas scribereim iam ad te litteras, ſi aut otium meum pateretur, aut filii, qui diſceſum maturat, ſettinatio id ferret: multa certe erant, que t' ecum publicare conſtitueram. Eximie enim mihi gratulor et *Fridericianae* regiae, quod plares ſubinde iuuenes ex iſtis Imperat. Apostolicae regiae inaieſtatis provinciis hue committere ſolent, qui theologice apud nos operantur. Iliſ ego ſemper ſoleo diligenter com-

commendare non solum deuotissimi animi pietatem, in *Augustissimam Theresiam*, sed etiam enixum studium, optime collocandi temporis, atque colligendorum amplissimum fructum, qui porro ad alios plurimi redundare possunt. Atque ex animo lactor, multos iam ibi esse a nobis reduces, quos tam non poenitent temporis in Fridericiana exacti, quam nos iuuenium tantae spei, tamque praeclarri exempli non poenitet. Deinde hæcpius litteras ad me scripsi et dignas, mihi semper exoptatissimas; atque memini, superesse hoc illud argumentum, de quo copiosius me responderem oportuerat. Sed ista in summa penuria atque angustia temporis, quod mihi omne variis alijs operis plane surreptum est, vix istas breves litteras scribere mihi licet; quibus et studiosum gratuimus in *T V V M* fauorem animum meum significem, et publice quasi doleam, non continere se porro in ipsis nostris finibus posse hominum quorundam malignitatem, sive suis illi rebus, sive publicæ etiam rei, cui interfunt, nimis studeant; penetrasse potius, vt inaudio, etiam ad vos, atque ingentius meis studiis, pliissimum in deum et homines consiliis detracatum ire. Miram esse oportet talium fedulitatem; qui, si erat, quod recte in me meisque mediocribus rebus reprehendere se posse autuinauerant, aleam istam publicam, vt bonos decet, exerciri poterant. Ego vero nec diabolici calumniis et divis lenteui hic me opponam; non deseret deus meam innocentiam; pluriam eximiorum Hungarorum fidem ipsam et conscientiam appello, qui et meis multis lectionibus hic diligenter interfuerunt, et ex priuatis frequentissimis colloquiis me, animumque meum candidum et probum, bene norunt. Hi et eruditonem solidam, quam secum in patriam retulerunt, et, quod ad me attinet, meam mentem et liberalem theologiae practicae promouenda sollicitudinem facile sic commendabant, vt meis curis et lacrimis hac in causa opus non esse putem. Superaest, vt deum adiungam, eiusque fauorem communem, qui porro *tibi* mihi que sic aderit, vt explore sparam, que nostra est, semper sic studeamus, vt dignissimo honore ad multos homines, cognitus salubriter deus pater, per Iesum Christum, aeternum filium, in spiritu sancti virute, a nobis afficiatur. Idem ego felicem redditum precor filio, quem non dubito porro sic facturum, vt nec te poeniteat, eum Haleæ per aliquod tempus haefisse, nec eum, meorum monitorum, aut me eius studiis, poenitere possit, quod in eum fideliter collocaui. *Delukium*, quem inter alios annui, non opus est vt pluribus commendem. Vale vir reuerende et mihi meisque studiis, porro faue, cum omnibus bonis, qui apud vos rei sacrae et paci communii bene eupiunt. Dab. Haleæ in Fridericiana regia d. 9 Maii 1773.

VIRO



VIRO NOBILISSIMO AC DOCTISSIMO
IOANNI SAMVELI KLEIN

S. S. THEOLOG. CANDIDATO

FAVSTA QVAEQUE PRECATEUR

GEORGIVS VADKERTY,


SVGGINO NZOGRADIENSIS VNGARVS, S. S. THEOL. CULTOR OPPONENS.


Superuscaneum sane existimo, eximiam TVAM, quia studiis huc usque assiduo incubuit, indultriam, e nobis plures ad summum laudis effere cacumen. Testes sunt mecum in hac Academia versantes, rerum diuinarum et humanaarum, ipsi studiofissimi, qui a TVA consuetudine non fuerunt alieni. Testis esse denique potest ipsum insignie, magnoque applausu dignum TVA et haud exiguae doctrinae specimen, quod hodie omnium ob oculos ponet. Nec aliter se res habet. Eximia illa TVA, saepiusque mihi perspecta erga literarum studia, propensio, atque singularis ille, quo flagras bonarum artium amor, quo priuatis inclitus pariteribus nos allicere solebas, allectos tandem ingenti complete voluptate; ecce iam secunda vice, postquam in *Ernestina*, disputaueras, hac in nostra *Fridericiana*, iam publice se offert bonorum omnium conspicui. Cum itaque hodie eruditio*nis* TVAE specimen propositas, omnium profecto cordariorum bona vota TE comitantur. Gaudii hac ex re ad TE redundantis partem, praesertim ii, quos amicitia TVA complexus es, iure meritoque sibi vindicant; inter quos et ego, quem fauore et amore TVO non indignum iudicasti, tantam inde capio voluptatem, ut eam nullo modo hac occasione celandam esse, duxerim. Gratulor igitur inprimitis feliciter nunc exantatis studiis academicis, gratulor posthac etiam de specimine hoc TVO publico pereruditio, deque praemiis quibus patria eruditio*nem* TVAM, de ea certior facta, condecorare parata erit. Gratulor quoque *Viro Summe Reverendo*, atque *Longe Celeberrimo Parri* TVO, de filio optimae speci, ILLIque longa gaudia precor. Modo iam votis TE profequar; in his vero nullum reperio maius hoc: remunerentur TE studia ac litterae TVAE et scio (cui voto DEVS clementer respondeat), tunc TE fortunissimum fore, nec erit, qui TVAM non ambiat amicitiam.

Vade, sed esto memor nostri recentis amoris

Idem pollicor, dum mihi vita datur.

Dabam Hal. propter Salam, d. 12 Maii A. R. S. M D C C LXXXII.





7b 1695



V018

Rebros

Farbkarte #13

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



26
VAEDAM APOSTOLICA
QVIBVS
SSIME DEMONSTRATVR
OREM NOSTRVM
CHRISTVM

ESSE
M ET VERVM HOMINEM
SSERTATIO PRIMA.

PRAEVIDE
SALOMONE SEMLERO,
NIS THEOL. SENIORE
GII THEOLOGICI DIRECTORE
RVM ET HALBERSTADIENSIVM EPHORO,
UDITORVM EXAMINI SVBIICET
MAII CICICCLXXII. *aa.*

S SAMVEL KLEIN
RTFA VNGARVS
ORVM LL. CVLTOR, VT ET MEMERVUM ORDINARIVM
ATORIO—LITTERARIAE RINTELENSIS.
LAE MAGDEBURGICAE
NNIS CHRISTIANI HENDEL.